

VOTA

ET MOTIVA REGIÆ AVDIENTIÆ, PRONVNTIATA DECIMA SEPTIMA DIE MENSIS Septembris, Anno Dñi 1620.



In Processu intitulato Ioannis Gascon, super Appræhensione Ducatus de Yxar, simul, et Comitatus de Belchite, in litispendentiæ Articulo.



N DEI NOMINE. Nouerint vniuersi: quod anno à Natiuitate Domini, millesimo sexcentesimo vigesimo, die verò, quæ computabatur decima septima mensis Decembris, Cæsaraugustæ, in Camera Regij Consilij causarum ciuilium, præsentis Regni Aragonum: interuenerunt, & fuerunt præsentes, excellentissimus Dominus D. Ferdinandus à Borgia Præceptor maior, Præceptoriæ Ordinis Beatæ Mariæ de Montesa; â cubiculo serenissimi Domini nostri Principis, ac Locumtenens, & Capitaneus generalis pro sua Maiestate, in præsenti Aragonum Regno; necnon magnifici Domni Iosephus de Sese Regens Cancellariam, Dominicus Auengochea, Augustinus de Pilares, Ioannes de Canales, & Franciscus Michael de Pueyo Regij Consiliarij, corã quibus fuit positus processus intitulatus Ioannis Gascon super Apprehensione, in quo quatuor ex dictis dominis de dicto Regio Consilio, fuerunt voti & opinionis, quod atten. conten. &c. tenetur, & debet pronuntiare & declarare, don Antonium Fernandez de Yxar principalem, Di. Pilares

 proc.

proc. ſatisfeciſſe mandatis huius Regiæ Audientiæ, & cum his mandare fieri contenta in propoſitione Ioanis Gaſcon princ. A.Fernandez proc.in cuius locum fuit repoſitus Ioannes Franciſcus Gaſcon, cum expenſis iuribus ſuis durantibus. Et eis finitis, contenta in propoſitione Doctoris Auguſtini Salaberte prin. P.Murillo proc. cum expenſis iuribus ſus durantibus. Et eis finitis, contenta in propoſitione maiordom. & Capituli militum, & Infantionum villæ de Yxar prin. A.Fernandez proc. reſpectu iurium deductorum, in articulis, tertio, quarto, quinto, ſexto, ſeptimo, octauo, nono, decimo, vndecimo, duodecimo, tercio decimo, & quarto decimo, dictæ propoſitionis tantum. Et contenta in propoſitione D.Antonij Fernandez de Yxar, minoris dierum, don Alphonſi Fernandez de Yxar, don Petri Fernandez de Yxar, don Franciſci Fernandez de Yxar princ. Ioan. de Pueyo Proc. in cuius dicti don Franciſci locum fuerunt repoſiti dicti don Antonius, don Alphonſus, don Petrus de Yxar, domna Eleonora Fernandez de Yxar, & domna Marianna Fernandez de Ixar, dicti don Franciſci de Ixar, fratres & ſorores, & Franciſcus de Oriola, & Vera, maritus dictæ domnæ Mariæ de Yxar, & Illuſtriſ. & magnæ Religionis Sancti Ioannis Hieroſolimitani magnus Magiſter, reſpectu iurium deductorum in articulis tertio, quarto, & quinto tantum, dictæ propoſitionis. Et contenta in propoſitione don Alphonſi Fernandez de Ixar prin. Ioan. Pueyo proc. ſuper bonis in fine dictæ propoſitionis confrontatis, reſpectu iurium deductorum in articulis, quinto, ſexto, ſeptimo, octauo, & decimo tantum dictę propoſitionis. Et contenta in propoſitione Iuratorum, Concilij, & vniuerſitatis, ac ſingularium perſonarum, vicinorum, & habitatorum loci de Quinto prin. Hier. Auenia proc. reſpectu iurium deductorum in articulis quarto, quinto, ſexto, ſeptimo, octauo, nono, & decimo dictæ propoſitionis tantum. Et contenta in propoſitione Iuratorum, Concilij, & Vniuerſitatis, ac ſingularium perſonarum, vicinorum, & habitatorum loci de Samper de Calanda princ. dicti Hier. de Auenia Proc. reſpectu iurium in articulis quarto, & quinto dictæ propoſitionis tantantum deductorum. Et contenta in propoſitione Iuſtitiæ Iuratorum

torum,Concilij,& Vniuersatis,ac singularium personarum,vicinorum,& habitatorum Villæ de Lecera prin.A.Latassa proc. respectu iurium deductorum,articulis,secundo,tertio, quarto, quinto,sexto,octauo,nono decimo,vndecimo,duodecimo,tertio decimo,quarto decimo,quinto decimo,sexto decimo,decimo septimo,& vigesimo dictæ propositionis tantum,& hoc sine præiuditio iuriũ deductorũ,in articulo vigesimoprimo propositionis,vigesimotertioReplicæ oblatæ,pro parte Iuratorũ, Concilij,& Vniuersitatis loci de Almonacil de la Cuba,respectu partitæ vulgo dictæ,de Valdespartera. Et contenta in propositione Egregij Don Petri Lanuça & Perellos Comitis de Plasencia prin.Hie.Auenia proc. in cuius locum fuit repositus Egregius don Ferrarius de Lanuça dicti Comitis,don Petri filius primogenitus,& Comes de Plasencia, respectu iurium deductorum,in articulis quarto,& sexto dictæ propositionis tantum. Et contenta in propositione Iustitiæ,Iuratorum, Concilij,& Vniuesitatis, ac singularium personarum, vicinorum, & habitatorum loci de Vrrea de Gaen prin.M.Ioan.de Biu proc. respectu iurium deductorum,in articulistertio, quarto, quinto,sexto, septimo, octauo, nono,decimo,vndecimo,duodecimo,tertio decimo,quarto decimo,quinto decimo,decimo septimo,decimo octauo,vigesimo secundo, & vigesimo sexto dictæ propositionis tantum,demptis dictis iuribus in partita vulgariter dicta de la Zoma. Et contenta in propositione Iustitiæ, Iuratorum,Concilij, & Vniuersitatis, ac singularum personarum, vicinorum, & habitatorum Parrochiæ villæ de Yxar, & Iustitiæ,& Iuratorum,Concilij,& vniuersitatis, vicinorum,& habitatorum Parrochiæ dictæ villæ de Yxar, olim vocatæ, de los nueuos conuertidos,& nunc vocatæ de los nueuos pobladores princ. D.M.Ioan.de Biu proc. respectu iurium deductorum in articulis tertio, quarto, quinto,sexto,septimo, octauo, nono,decimo,vndecimo,duodecimo,decimo tertio, quartodecimo,quintodecimo,sextodecimo, decimo septimo,decimo octauo,decimo nono,vigesimo,vigesimo primo, vigesimo secundo,vigesimo tertio,vigesimo quarto, vigesimo quinto, vigesimo octauo,vigesimo nono, trigesimo primo, & trigesimo

quarto

quarto dictæ propositionis tantum. Et contenta in propositione Iustitiæ, Iuratorum, concilij, & vniuersitatis, & singularium personarum, vicinorum, & habitatorum loci de Almonacil de la Cuba prin. M. Blasco proc. respectu iurium deductorum, in articulis vndecimo, tertiodecimo, quartodecimo, quintodecimo, sexto decimo, decimo septimo, vigesimo, vigesimo primo, vigesimo secundo, dictæ propositionis tantum. Et contenta in propositione Iustitiæ, Iuratorum, concilij, & vniuersitatis, ac singularium personarum, vicinorum, & habitatorum loci de la Puebla de Albortton prin. A. Latassa proc. respectu iurium deductorum in articulis nono, decimo, vndecimo, duodecimo, dempta defesia vulgariter dicta de Valdescalera, & tertio decimo, quartodecimo, quinto decimo, sexto decimo, decimo septimo, decimo octauo, vigesimo, vigesimo primo, vigesimo secundo, & vigesimo tertio dictæ propositionis tantum. Et contenta in propositione Iuratorum, concilij generalis, & vniuersitatis, ac singularium personarum, vicinorum, habitatorum villæ de Belchite, tam Capituli Clericorum, Infantionum, & militum, quam hominum conditionis, & signi seruitij, tam parrochiæ veteris, quam nouæ prædictæ villæ prin. A. Latassa proc. respectu iurium deductorum, in articulis septimo, octauo, nono, decimo, vndecimo, duodecimo, tertio decimo, quarto decimo, quintodecimo, sexto decimo, decimo septimo, decimo octauo, decimo nono, vigesimo, vigesimo primo, & vigesimo secundo, dempta facultate nominandi officiales, & ministros dictæ villæ, vigesimo quarto, vigesimo quinto, vigesimo sexto, vigesimo septimo, vigesimo octauo, vigesimo nono, respectu quod Clerici, & Infantiones, tantum vtantur furneis proprijs, & vsu coquendi in illis, trigesimo, trigesimo primo, trisimo secundo, trigesimo tertio, trigesimo quarto, trigesimo quinto, trigesimo sexto, trigesimo septimo, trigesimo octuo, trigesimo nono, quadragesimo, quadragesimo primo, quadragesimo secundo, quadragesimo tertio, quadragesimo quarto, quadragesimo quinto, quadragesimo sexto, quadragesimo septimo, quadragesimo octauo, quinquagesimo secundo, quinquagesimo quinto, sexagesimo secundo, & sexagesimo tertio, dictæ propositionis tantum. Et sine præiuditio dicto-

dictorum iurium , contenta in propositione Illustris Domnæ Franciscæ de Pinos,& Fenollet Ducisæ de Yxar princ. Hiero. Auenia, & Do. Adrian proc. eius viduitate durante: demptis iuribus per eam deductis in decimotertio articulo dictæ propositionis, respectu iurium deductorum villæ de Yxar, sub numeris nono, decimo sexto, decimo septimo,& decimo octauo , & respectu Villæ de Belchite deductorum, sub numero decimo, & respectu loci de la Puebla de Alborton, deductorum sub numeris tertio, quarto, sexto, septimo, octauo, nono, decimo, vndecimo,& quarto decimo, & respectu loci de Almonacil de la Cuba deductorum , sub numeris, vndecimo , quartodecimo, quinto decimo,& decimo octauo , & respectu loci de Lezera, deductorum sub numeris nono, decimo, vndecimo, & quarto decimo. Et dicta viduitate finita contenta in propositione Illustris Domnæ Stephaniæ Fernandez de Yxar & Cabrera principalis, dictorum Hier. de Auenia, & Do. Adrin Proc. in cuius locum fuit reposita Illustris Domna Elisabeth Fernandez de Yxar & Cabrera prin. Hier. Auenia proc. in bonis in fine præsentis appellitus appræhensionis confrontatis, sub numeris primo, tertio,& quarto,& medietate bonorum confrontatorum, sub numeris secundo, & quinto, earum tantum, respectu comuniter,& pro indiuiso, vna cum iurisdictione,& iuribus dictis bonis respectiuè pertinentibus,& calendatis, sub numero nono in fine dicti appellitus , & in reliquis bonis appræhensis mandat, fieri contenta in propositione Egregij Don Antonij Fernandez de Yxar principalis, Didaci Pilares procuratoris, & respectu aliarum medietatum bonorum , sub numeris secundo , & quinto in fine dicti appellitus confrontatorum comuniter , & pro indiuiso, vna cum iurisdictione,& iuribus dictis bonis respectiuè pertinentibus mentionatis, sub numero nono, in fine dicti appellitus. Præstita prius respectiuè cautione forali, alijs propositionibus repulsis: reseruatis iuribus reseruari suplicantibus, neutram partium in expensis, demptis prædictis taxandis condemnando. Cætera suplicata locum non habere.

Ex eo,& aliàs, quia ex meritis præsentis processus resultat, bona appræhensa fuisse hipothecata a dominis,& possessoribus

dictorũ bonorũ, vna cum concilijs, & vniuersitatibus, ac singu laribus personis villarum, ac locorum appræhensorum, virtute quorundam contractum censualium, in fauorem. . . . . á quibus per legitimas inclusiones, ius, & causam habent dicti Iuannes Gascon, & Doctor Augustinus Salabert, quorum propositiones in primo loco recipiuntur. Deinde recipiuntur aliæ propositiones vniuersitatum, respectu iurium, & vsuum respectiuè deductorum in articulis in suprascripta sententia contentis, & mentionatis, quia constat dictos Iustitias, Iuratos, concilia, vicinos, & habitatores, ac singulares personas dictarum vni uersatum, fuisse respectiuè in possessione dictorum iurium, tem pore oblatæ præsentis appellitus appræhensionis. Et ob eandẽ rationem recipiuntur propositiones respectiue, D. Antonij Fer nandez de Yxar minoris, don Alphonsi Fernandez de Yxar, D. Petri, & don Francisci Fernandez de Yxar, & eorum qui in dicti don Francisci locum fuerunt repositi : Et etiam recipitur propositio Egregij Don Ferrarij de Lanuça, quia constat Egregium don Petrum de Lanuça, Comitem de Plasencia, in cuius locum fuit repositus dictus don Ferrarius, fuisse in possessione iurium, sub numeris, sub quibus dicta propositio recipitur tem pore, & in tempore oblatę præsentis appellitus appræhensionis. Deinde recipitur propositio Illustris Domnæ Franciscæ de Pinos & Fenollet, eius viduitate durante, & sine præiuditio di ctorum iurium, quia euidenter constat ex processu Illustrem D. Ioannem Franciscum Christophorum Fernandez de Yxar, fuisse dominum, & possessorem, vsque ad tempus eius mortis Ducatus, & omnium bonorum in præsenti processu appræhensorum, qui legitimum matrimonium contraxit, cum dicta domna Francisca de Pinos. Constat etiam de eius super viuentia, & ex consequenti debet gaudere viduitate illi concessa, non solum per dispositiones forales, verum per pacta nuptialia inita, & contracta inter dictos Duces, & coniuges, & in præsenti processu exhibita. Limitatur tamen dicta viduitas respectu aliquorum iurium, per eam deductorum, in tertio decimo articulo suæ propositionis, quia respectu illorum qui limitantur, non probauit ipsam, nec eius virum tempore morte illius, nec obla-

tæ huius appræhensionis, fuisse in possessione illorum. Qua viduitate finita, recipitur propositio Illustris domnæ Stephaniæ Fernandez de Yxar & Cabrera, in cuius locum fuit reposita domna Elisabeth Margarita Fernandez de Ixar & Cabrera, & hoc respectu tantum bonorum appræhensorum, sub numeris primo, tertio, & quarto, & medietatum bonorum, sub numeris secundo, & quinto earum tantum respectu comuniter, & pro indiuiso, vna cũ iurisdictione, & iuribus dictis bonis respectiuè pertinentibus, & contentis, sub numero nono, in fine dicti appellitus ex motiuo sequenti. Supponendo primo, ad huius motiui, & aliorum faciliorē declarationem tenorem omnium scripturarum, de quibus fuit facta exhibitio, & fides in præsenti processu, & in quarum vim receptæ fuerunt propositiones, & repulsæ aliæ.

DON Petrus de Yxar, nepos Regis Iacobi debellatoris, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Signifer, Testamentum fecit, in quo Alfonso filio legitimo reliquit pro legitima dimidiam partem loci de Belchit, populæ de Alborton, & hæredamentum de Belchit; amplius per viam prælegati, Castra de Yxar, Vrreæ, & Populæ, & inter mixtis varijs capitulis ordinationum, fecit substitutionem sequentem. *Si filius Alphonsus decesserit sine filijs ex legitimo matrimonio, vel eius filij sine filijs de legitimo matrimonio, vel descendentes ex eis, per rectam lineam, & sine filijs, ex legitimo matrimonio quod omnia supradicta bona hæreditet Marquesia filia, si viua foret, quod si viua non foret, dictis casibus, scilicet quod Alphonsus, vel eius filij, vel descendentes, per rectam lineam, ab eo qui per tempus foret dominus loci de Ixar, decederent sine filio, aut filijs, ex legitimo matrimonio habeat, & hæreditet Dominus Rex, qui nunc est, vel pro tempore erit, cum vinculis, & conditionibus infra scriptis, quod si casus euenisset (ille de quo supra quo vocabatur Marquesia) quod dicta Castra peruenerint in Marquesiam: in quolibet istorum casũm (vt dictum est) volumus quod dicta Castra habeat illa, & descendentes ex ea per rectã lineam, cum eisdem vinculis, & oneribus, quibus relinquimus Alphonso, vt infra, & si euenerit aliquis dictorum casuum scilicet, quod Alphonsus, aut Marquesia, vel filij illorum, aut descendentes per rectam lineam, ab illo qui per tempus erit dominus loci de Ixar, decesserint sine filijs legitimis (vt dictum est) tali casu hæreditet, & succedat in dictis bonis Dominus Rex, qui est, vel pro tempore erit,* dicit insuper: *Sub tali adhuc conditione*

Testamentũ D. Petri de Ixar Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Signifer, vulgo vocatus el Señalero

faci-

facimus dictum vinculum, siue substitutionem, & facimus heredem dominus Regem, & successores eius qui per tempus erunt, quod adimpleat certa onera de quibus, quod si non ad impleuerit, sit priuatus bonis, & debeluantur, & veniant in dictum Iacobum de Xerica, vel successorem eius, qui si non adimpleat eadem, tunc executores capiant bona, & ea vendant. Mandat etiam vxori nobili Siuillæ de Anglesola dari sex mille solidos Iaccen. durante eius vita, cum quibus sit contenta, & amplius non possit petere pro dote, nec viduitate.

Dicit insuper. *Quod Dominus Rex, & Iacobus de Exerica teneatur, soluere dictos sex mille solidos Siuillæ, casu quod dicta bona ad eos, peruenerint, ex dictis substitutionibus, & quod executores non tradant illis Castra, casu quo suæ vocationes verificarentur, nisi prius ad implerent, sibi in cumbentia, & venientibus casibus suarum vocationem, similiter non traderent bona Regi, nec Iacobo, nisi habita ab eis fideiusione, & securitate desoluendo dictos solidos Siuillæ (vt dictum est) quolibet anno. Similiter volumus (inquit testator) quod filius noster, vel filia, vel sui heredes, suo casu adueniente, ad idem teneantur.*

Tandem in fine dicit. *Quod si casus euenerit, quod ex nobis, & vxore nostra non remaneret filius, nec filia heredes, & deberet nostrum casale remanere in Domino Rege, vel Don Iacobo de Xericá, volumus quod vxor nostra recuperet dotem suam. Et in fine relinquit Alphonso, & eo sine filijs decedente Marquesiæ, omnia iura, & actiones, quæ habebat circa dictas medietates, & instituit hæredes.* Et cum his testamentum prolixum finitur: factum sexto Ianuarij 1318. fuit extractum per commissarium Guillermum de Alambra cum suo signo, caret loco. nec constat de commissione, nec de nota originali, nec de authoritate Notarij, nec dicit Notarius se comprobasse, cum nota originali.

In hoc testamento se fundat domna Stephania, dicens esse comprænhensam, sub nomine descendentium, cum sit filia vltimi Ducis, & licet descendentes solum reperiantur positi in conditione, tamen quod ex multis coniecturis censentur vocati.

Codicilo. Idem Petrus fecit Codicillum, 14. Ianuarij 1318. Not. Guillen de Alambra, qui testatur se extrasisse, ex summa per eum recepta, & testificata, & appossuit signum suum, in hoc codicillo dicit: *Quod post dies suos, sequatur suum testamentum, & nominat filium, & filiam vxorem, & quinque mille solidos, quos in testamento reliquærat Marquesiæ pro dote.* Quæ omnia cum expræssione sui nominis, & referendo se ad suum testamentum, videtur illud appro-

approbare. Opponitur quod caret loco, nec calendat testamentum suum, nec dicit se rogatum Notarius, nec constat de Nota, nec sunt vocati in codicillis, nec testameto, descendentes positi in conditione.

Ratificatio

IN ratificatione Don Petrus, recognoscendo, domum suam fuisse dotatatam institutam à Corona Aragonum, & ab ea fluxisse bona, & castra sua, ob vitandum vitium ingratitudinis, & quia æquum est, quod si ab alto fuerit ordinatum, quod domus nostra de Yxar hæredibus á nobis in recta, & legitima linea descendentibus defuerint, bona nostra prædicta deboluantur ad eos, à quibus descendere dignoscuntur. *Ideo recognoscimus, cum præsenti instrumento, nos fecisse testamentum nostrum, in quo posuimus substitutionem, seu vinculum super bonis nostris stabilibus in effectu continens, quod nobis decedentibus sine filijs legitimis, aut nobili Alphonso filio, & hærede nostro & Marquesia filia, casu quo ad eam heręditas peruenerit, decedentibus legitimis filijs, non relictis, dicta bona deboluantur ad Regem, prout in dicto vinculo, seu substitutione largius continetur, confecto per Guillermum de Alambra Notarium de Yxar, 6. Ianuarij, anno subscripto, 1318 & laudamus, & approbamus, ratificamus, & perpetuo confirmamus prædictam substitutionem, & vinculum in dicto testamento contentum, taliter quod non possimus eum reuocare in quantum tangit substitutionem prædictam, imo totum quod dictæ substitutioni pertinet firmum maneat perpetuo irreuocabile, & sic confirmauit dictam substitutionem omnem, & quidquid ad eam pertinet.* Cum multis clausulis cautelis, & iuramento factum Barcinone, 6. idus Martij 1318, habet testes loco, signum Notarius Guillermi Augustini. Opponuntur aliquæ contra dictum instrumentum, inter alia quod fuit extractum ab Archiuo Barcinonæ, sine partis citatione.

Capitula matrimonialia D. Ioãnis del Yxar minoris, & D. Catherinæ de Viamonte, de anno 1436. celebrata cũ cõcessu Ioãnis Patris Oratoris, per proc. Notarium Santio Monarriz.

IN capitulis matrimonialibus Don Ioannis de Yxar minoris, & D. Timbor parentes, vltra promissionem, qua promittunt dare post mortem suam omnia bona sua, dant Ioanni filio de præsenti loca de Lezera, Almonacil de la Cuba, & Vinaceyt, in contemplationem matrimonij, & apponunt vinculum sequens. *Item est pactatum quod filij qui nascentur, ex presenti matrimonio hæreditent, & succedant in bonis, & hæreditate Ioannis, & Catherinæ coniugum, preferendo maiorem minori, & masculos fœminis, taliter quod*

maior, & primogenitus habeat omnia loca, & castra, & alij filij, vel filię si plures erunt, possit Ioannes minor, eas hæreditare, & dotare ad voluntatem süam in pecunia, super dicta hæreditate, iuxta qualitatem domus, relinquendo suæ conscientiæ hoc arbitrium, factum in villa de Olit in Palatio Regio, & regali Camera, decimo nono Augusti 1436. Interuenerunt contrahentes matrimonium, & Bernardus Cosco Procurator, Ioannis patris, & D. Timbor, ad mandandum bona, ipsi Regina, & Princeps filius illius frater, etiam Cathærinæ & test. & iurarunt Ioannes minor, & Cosco procurator, omnia contenta in capitulis seruare. Fuit extractum instrumentum per commissarium attestantem de comissione, & Notarium publicum, vt ipse in signatura fatetur.

Opponitur, quod in extractione non fit vocata pars, quod extrahens non est Notarius, quod non habuit commissionem, & quod non venit legalizata, quod Comissarius non dicit se extrasisse a nota originali, quod non constat de mandato Bernardi Cosco, quod non constat de nota, quod non vocantur filiæ, nisi in primo gradu, & in defectum masculorum, & sic deficit vocatio Stephaniæ, que non fuit vocata.

Testamentum Ioannis primi dicti Orasoris, patris Ioannis 2. decimo octauo Nouẽbris 1454.

IN hoc testamento Ioannis reseruat Ludouico primo, & nepoti suo filio Ioannis, & Catherinæ de Beamont, iura & actiones quæ habet, vel habere potest, & debet in domo sua, & bonis virtute Capitulorum matrimonialium Ioannis, & Catherinæ coniugum. Et statim facit vnionem perpetuam indiuisibilem æternam, cum multis clausulis roboratam locorum de Yxar, Virca, Populæ de Gaen, populæ de Venaljafar de Belchit, Almonacil, populæ de Alborton, Lezera, Vinaceit, cum omni iurisdictione, & imperio, latissimè prohibens alienationem omnem, & statuens, vt perpetuo maneant in familia, in vna Baronia, in vno corpore, in qua succedant Ioannes filius, & alij post eum, & semper maneat in dominio vnius personæ successiuè, & totum cum exuberantia verborum ad finem supradictum, & post mortem Ioannis filij, vocat filium filij masculum, de legitimo matrimonio, data tamen electione Ioannis, quod si haberet, plures masculos, eligat vnum ex eis, & non facta electione vocat masculum maiorem de legitimo matrimonio

nio,&hoc idem reperit in sequenti filio,vt similiter eligat masculum,& non facta electione vocat, similiter maiorem,& non progreditur amplius in vocatione expræssa,contentus nominasse,primum & secundum gradum post filium Ioannem. Tandem decedente Ioanne filio sine filijs masculis vocat filias, & cum his latiore sermone concludit testamentum suum dicta die & anno,in loco de Yxar. Fuit testamentum scriptum, & firmatum sua manu Oratoris, & extractum per Ioannem Comor Notarium, qui illud fuit testificatum, & recepit. Opponitur, quod caret testibus,nec Notarius fuit rogatus, & quod restringitur ad duos gradus,& quo ad fœminas fuit restrictum,ad secundum gradum vocationis earum.

Testamentum Ioannis 2. factũ in loco de Yxar die prima Ianuarij 1485. est solemne.

IN hoc testamento Ioanes facit hæredem Ludouicum filium suum, ex Cathærina Viämonte natum,cum tali vinculo, & conditione. *Vt post mortem suam dicti Ludouici dicta Castra, & bona immobilia veniant, & perueniant in Ioannem tertium nepotem nostrum,& filium Ludouici filij nostri, & in descendentes illius masculos de legitimo matrimonio, & deficientibus ipso, & descendentibus suis de legitimo matrimonio, quod tali casu dicta Castra reuertantur,& perueniant in dictũ Iacobum filium nostrum, & eius descendentes de legitimo matrimonio. Et de inde volumus ordinamus, & mandamus obseruari vincula possita, & inserta in vltimo testamento dicti Ioannis quondam patris nostri, in omnibus, & per omnia quæ volumus haberi hic pro expræssatis insertis, ac repetitis, perinde ac si inspetiæ, de verbo ad verbum fuissent inserta, & repetita, cũ tali vinculo,& conditione, quod dicti hæredes, vel successores nostri non moucat litem, & controuersiam aliquam contra vxorem nostram Ducisam, &c.* Habet testes, Notarius Petrus de Aragon, de Ixar, sacado por Pedro Sese Notario, vezino de Ixar, como Comissario: Et nota, que nombra a Luys hijo, como tambien lo nombra su padre el Orador, en su testamento, y pone otras confrontaciones, como llamarlo Iuan, y repetir los vinculos que puso en su testamento.

Clausula testamenti D. Ludouici 1. Comitis de Belchite, mariti D. Guiomaræ Enrique, 5. Februarij 1517.

FAcit hæredem Ludouicum 2. nepotem. Erat enim præmortuus pater eius, simulq. filius testatoris, cum vinculo, quod succedant filij masculi de maiori in maiorem, & post eos masculos, vocat fratres Ludouici hæredis, scilicet Alphonsum, Petrum,

trum, Carolum, & eorum filios masculos, de maiori in maiorem, prosequendo rectam lineam illorum, & apponit in suis bonis vincula patris Ioannis, 2. & aui Ioannis Oratoris, & vult seruari contenta in eis, referendose ad illa, &c. Idem facit de bonis liberis, inter quæ ponit la Baronia de Belchite, & domum Cæsaraugustæ. *Vt vadant in descendentes filios masculos per rectam lineam: & eis defitientibus deboluantur in proximiorem consanguineum nominis, & insignia Ixarentium.*

Capitulos matrimoniales Ludouici 2. cũ Beatrize de Alagõ 31. Martij 1513. solus vnus Comissarius ex 2 extraxit instrumentũ exhibitũ in processu.

LVdouicus primus, dat Ludouico 2. in his capitulis matrimonialibus, cum constitutione maioratus, in amplissima forma, vocando omnes descendentes masculos, ex Ludouico 2. & post eos vocando Alphonsum, Petrum, Carolum fratris Ludouici secundi, & eorum descendentes per viam maioriæ in amplissima forma, & in defectum omnium, fœminas cum prohibitione, & obligatione deferendi nomen & arma, testigos ay en dos lugares, testificaron dos Notarios, pero estan sacados por vn comissario del vn solo Notario, ex hoc impugnatur.

Capitulos matrimoniales de D. Iuã de Yxar cõ D. Ysabel de Espes, 20. de Iunio 1538. en Zaragoça, y en Yxar se juraron.

HAze donacion don Luys 2. a su hijo don Iuan primogenito, y a sus descendientes masclos legitimos, post eos omnes, a los hermanos de don Luys donante, vt sup. scilicet don Alonso, don Pedro, don Carlos, y a sus hijos, y descẽdientes masclos, & post omnes masculos a las hembras destos, suo ordine cum onere nominis, & armorum amplissime, propter memoriam, & agnationem, vt in capitulis matrimonialibus Ludouici, cum Beatrice de Alagon.

Clausula de los capitulos segundos de D. Luys 2 con D. Hipolita de Heredia in 2. n. en 18. y 20. de Octubre 1548.

HÆc clausula solum renouat vincula, & pacta apposita, & facta sup. Statu, & Comitatu de Belchite generaliter, ac si de præsenti in hac capitulatione insererentur.

**Clausula Testamẽti D. Ludouici 2. patris vltimi possoris, 25. Ianuarij 1554.*

FAcit vniuersalem hæredem Ioannem Christophorum, cum prohibitione alienandi, & vinculo, quod bona veniant in filios, & descendentes masculos de legitimo matrimonio, de maior in maiorem, & eo deficiente sine descendentibus masculis,

quod

quod bona vadant in illos qui debeant succedere, secundum vincula domus suæ. Bona vero libera dimittit filiabus Christophori filij sui, & eis non datis relinquit bona illa libera Elenæ, & Guiomaræ sororibus Ioannis Christophori.

Ex quatuor agentibus in præsenti processu, super Statu Ducatus de Yxar, qui sunt Excel. Dom. Isabel Margarita Fernandez de Ixar, filia vltimi Ducis, & Nobilis Antonius Fernãdez de Ixar, don Petrus de Ixar, don Martinus de Bolea & Castro Marchio de Torres, qui omnes prætendunt iure dominij, ex varijs titulis & causis, sibi in solidum, vnicuiq. iure debito competere dictum Ducatum, & Comitatum de Belchite. Primo loco Dom. Margarita, tanquam filia vltimi possessoris, fundat suum ius, ex triplici capite. Primo, eo quod hæc omnia castra fuerunt dismembrata, & excissa a bonis Coronæ Regni Aragoni, & quod sic fuerunt de dominio, & per consequens sicut Regnum indiuidua, & primogenito deferenda. Hoc deducit illius aduocatus disertissime: dicens amplius, quod Baronia est dignitas regalis, sicuti Marchia Ducatus, & Comitatus, & per consequens manifeste conuincitur esse indiuidua, & primogenito deferenda, ex iuris dispositione, sicut & illæ aliæ dignitates regales.

Secundum caput fundatur in ordinaria præscriptione immemoriali maioratus regularis, deferentis bona primogenito masculo, & indiuidua, & masculo non existente fœminæ, eiusdẽ gradus, & lineæ. ¶ Tertiũ caput fundatur, ex varijs scripturis, tam inter viuos, quam vltimæ voluntatis, quæ omnia hac methodo, & ordine percurremus, vt sic clarius incedamus.

Ad primum reuertendo certissimum est, & partes fatentur, & Historiæ Regni confirmãt, quod hęc domus de Yxar, fuit separata a bonis Coronæ Regni, & eius dominio: Quo supposito formatur argumentum sic, Regnum Aragonum, sicut Cætera Hispaniæ Regna, indiuisibilia sunt primogenito semper defertur, sed hic status, de quo agitur est pars & portio, fuitq. a suo principio huius Regni identifica, indiuidua, & eadem numero, licet partium distributione distincta; ergo debet regulari secundum naturam totius, sub eisdem regulis qualitatibus modis, & formis, quibus principale, a quo emanat. Membra enim regulantur a suo capite.

pite. Maior propositio probatur, *Obseru. vni. fori æditi apud extam*, vbi habetur, quod Regnum non venit in partitionem, & defertur primogenito. *Ita Mol. in verbo primogenitus, vers. primogenituræ ius, &c.* quod omnes foristæ fatentur, & vsu obseruatum videmus in successionibus Regni Aragonnm, in quibus semper primogenitus fuit admissus, a Petronilla Regina, & Berengario, vsq. ad Carolum Quintum Romanorum Imperatorem. In tantum quod si deficiebat primoginitus masculus succedebat filia primogenita, vt legitur de Goltança filia Iacobi secundi. Idem legimus de Petronilla. Minor vero probatur tam ex instrumento ratificationis, quam ex confessione omnium partiũ ex Historijs Regni, asseuerantibus omnibus, hũc statum, & eius Castra, ab ipsa Aragonũ Corona dimanasse, & dismembrata fuisse de quo non est dubitãdum, consequentia patet, quia vbicumq. ab aliquo capite, & principali ente aliquid deribatur emanat & sciinditur, semper remanet eiusdem natura, & qualitatis, tanquam pars illius emogenea non dicimus quod similitudinarie, & ad exeplum capitis hac mẽbra regulentur, sed strictius, tamquam pars illius, ac eius naturæ reguletur proprijs legibus, & qualitatibus eius, allegantur ad hoc varia Doctorum responsa, & primo, *Decius cons.* 389. vbi loquens de quodam Comitatu concesso Marco de Piis, dismembrato a Ducato Ferrariæ, asserit, quod sicut Ducatus Ferrarię primogenito defertur, sic etiam Comitatus ab illo disgregatus deferri debet primogenito, quia membra debent a capite regulari, cap. cum non liceat de præscriptionibus, & ex alijs, quæ ibi allegat, ad idem adducitur, *Oldrad. cons.* 231. vbi quod substitutio de qua vbi facta super re, vel Regno dismembrato a Corona Regia, debet regulari tanquam de re indiuisibili, ex quo Regnum à quo efluxit diuisibile est, *melius Menoch. cons.* 158. *vol.* 2. *nu.* 46. 47. dicens, quod membra regulantur a suo capite, & sic si Regnum, vel Ducatus primogenito tantum defertur. Ita etiam, & Castra, ex ipso Ducato dempta, primogenito deferenda erunt. Allegatur in argumentum, *Bart. in cons.* 72. *lib.* 1. Vbi dicit, quod per subsequens pactum diuisionis, non alteratur natura præcedentis pacti disponentis quod fœminæ, non succedant, quia si postea dismembrantur, ex illis bonis quædam Castra, non succedet in illis

fœmi-

fœmina, quia semper bona dismēbrata retinent primam naturam: allegatur etiam *Vaschius de succes. creat. lib. 3. §. 26. limit. 31. nu. 93. in fine*, dicens, quod maioratus regulatur eo modo, quo regulatur Regnum, tanquam res, & membrum sub eo consistens, & sic erit indiuisibile, & inseparabile. Iuuat, *Paul. de Castr. cons. 161. 1. col.* Vbi res dependens ab alia, vt codicillus sequitur naturam rei à qua pendet. Et non facit paruum festum aduocatus de dicto Vaschij, timens ne intra cancellos feudales, submergeretur, vidit enim ad alia facile responsum ex feudis dari.

Secundo, fundat hanc eandem intentionem dicendo, quod licet á sui principio, secundum ea quæ dicta sunt fuissent à Rege, data hæc bona in Baroniam, vel iurisdictionem, & señorio, nihilo minus fuit hæc dignitas Regalis, sicut Marchia, Ducatus, Comitatus, & per consequens deferenda primogenito, & indiuidua sicut illa, & quod Ducatus, Marchia, & Comitatus, deferantur de iure semper primogenito, & indiuidua, tenēt multi DD. hac potissima ratione, quia licet dignitates Regales de iure non transmittantur ad hæredes, nisi aliud inuestitura disponat, *c. 1. de fœud. Marchiæ*. Tamen de consuetudine vsurpatum est, vt trasmittantur ad filios, & hæredes, secundū *Bart. ibi per tex. in c. 1. de alienat. fœud. in fin. ibi*; Item in fœudo Comitatus, vel Marchię, vel aliarum dignitatum, non est succcesio, secundum rationabilem vsum, sed hodie hoc est vsurpatum, & sic secundum consuetudinem vsurpatiuam, iam in eis datur succesio, vt Bart. Cel. Hug. & omnes fatentur. Item hac dignitates de iure fœudorum, non possunt diuidi. *Cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, de prohib. fæud. alien.* Vbi dicitur, præterea Ducatus Marchia, Comitatus, de cætero non diuidantur. Aliud autem fœudum si cōsortes voluerint diuidatur, &c. Si ergo sunt transmisibiles, & diuidi non possunt inter successores, sequitur esse deferenda primogenito: est enim satis nota regula, quod vbicumq. in aliquibus bonis non cadit diuisio, sed vni tantum succesio deferenda sit, quod primogenitus solus admittatur: ita pasim resoluit *Molin. de primog.* Quod adeo verum est, quod ad conuicendum aliqua bona maioratus esse sufficiat, ea Ducatus, Marchionatus, Comitatus, vel alterius dignitatis Regalis nomine posideantur bona, & possessa diu fuerit, vt sic primo

genito



genito, & indiuidua debeantur, eleganter docuit Burgos de pace, allegans plusquam sexaginta DD. cons. 9. equiparans in hoc Regnum, & dignitates regales. Et quod Baronia sit dignitas regalis, quamquamq. articulus iste sit multum controuersus, afirmat don Garcia Mastrilis de Magistratibus, dicens, quod hæc est verior opinio, quod Baronialis dignitas regalis sit, quando Baro. habuit (vt in casu nostro) Castra à Rege, sub titulo Baroniæ, sufficit enim secundum eum, quod á Rege concedatur, talis dignitas, vt regalis nuncupari possit, & verè Baro. dicatur, & quod procedat à pari cum Comite: imo quod in Regno Neapolitano Magnatum nomine contineatur, & quod eorum more matrimonia contrahunt Barones. Latius idem Mastrilis cuius dicto, & aliorum Doctorum in hac materia standum est, quia secundum *Mandel. num.* 38. rari sunt textus in hac materia. Hæc est prima obseruatio, quæ pro parte domnæ Margaritæ proponitur, tam aparenter, vt conclusisse videatur, maximè si sequutam obseruantiam iungamus, per quam apparet, quôd à primo inuestito, vsq. ad vltimum possessorem, & Ducem, semper hic status transitum fecit per primogenitos masculos existentes integraliter, & absq. diuisione aliqua, concurrentibus alijs fratribus, & nunquam succedentibus in statu, quæ obseruantia tanti est effectus, vt non solum per seipsam ius ferat, vt sepissimè traditur per Doctores, maximè in rebus dubijs, verum etiam confirmat ius dismembrationis, & dignitatis Regalis, vt quando ius illud dubium esset, obseruantia tamen illud validare censeatur, ex præsumpta voluntate concedentis. Quare ex hac prima ratione videtur concludendum, hunc statum esse vere maioratum indiuisibilem, & sic primogenitis deferendum, cum hoc omne sequatur, tam ex deriuatione, propagatione, & dismembratione huius nobilissimæ familiæ, quam etiam ex sola vi dignitatis regalis, cum ex tot documentis, historijs, iuribus, Doctorum auctoritatibus solis primogenitis hæc conueniant. Tam ob bonum publicum conseruationis familiarum, quã propter magnam auctoritatem, concedentis, qui perpetuo boluit decorare nõ minus hos descendentes in Baronia, quam alios successores in Regno, quantum potuit. Et sic, cum sola D. Margarita reperiatur in linea primogenitorum, absq. aliquo fratre videtur ei deferenda successio.

Fa-

Fatemur subtiliter, & ingeniose dicta superiora, quæ pro parte DomnæMargaritæ proponuntur, sed re intense, & attente considerata, tam de iure, quam de vniuersali consuetudine, & præsertim huius Regni, videtur minimè amplectenda, & quod potius de albant, quam effodiant parietem difficultatis, illa enim Doctorum responsa, quæ pro dismembratione adducit D.Margarita verissima sunt suo casu, loquntur enim in sub fœudis, quæ ab alijs fœudis pendent, & segregantur, non vero in bonis alodialibus, siue etiam maioratibus in quibus diuersissima est ratio, vt dicemus. Et primo *Menoch.cons.*158.*num.*46. loquitur de quondam fœudo Marchiæ separato á Ducatu Mediolanensi, loquendo in hæc verba: *Si enim Regnum, vel Ducatus primogenito, tantum deferuntur, ita etiam, & fœuda ex ipso Ducatu dempta, præterea Decius cōs.* 389. loquitur etiam de alio sub fæudo dismembrato àDucatuFerrariæ, in hæc verba: *Quia Ducatus Ferrariæ primogenito defertur, ergo idem dicendum est de fœudis, quæ ab ipso Duce conceduntur in eius Ducatu, Barto..autem responsum, cons.*72.*lib.*1.non est pertinēs ad rem, de qua agitur, quia ibi non agitur de retinenda qualitate, præexistentis corporis, á quo fit ademptio, sed solum, an per diuisionem subsecutam censeatur recessum à priori pacto exclusiuo fœminarum, ad notata, *in l.qui Romæ*, §. *duo fratres de verb. oblig.* & dicit, quod non ex defectu potestatis, & alijs rationibus, de quibus, ibi, *Oldrad.etiam cons.*231.non videtur pertinens ad casum, quia non arguit a toto aliquo integrali, a quo fit separatio ad rem separatam, vt reguletur secundum totum, sed quod Regnum Maioricarum est indiuiduum, & quod non sumitur argumentum à materia diuisibili ad indiuiduam. Deinde ibi non fuit separatio aliqua, sed Regni acquisiti adiudicatio, seu infeudatio, vt in fine annuit, *Raudensis etiam variarum resol.cap.*44.*num.*46.47. similiter loquitur de quadam diuisione Ducatus Mediolani, à quo fuit separatus Comitatus Modenæ, & arguit, quod sicutDucatus est indiuisibilis, sic etiā Comitatus ademptus, & sic vtille defertur primogenito, sic debeat Comitatus deferri. Vasquius autem, cuius dicto domna Margarita festum facit, quia loquitur in maioratibus Hispaniæ, non loquitur in casu separationis, ab aliquo corpore præexistenti, sed arguit similitudinariè, quod maioratus regula-

tur,eo modo quo Regnum,tanquam res, & membrum, sub eo consistens, & sic erit in diuiduum,& inseparabile, vt sic arguunt DD.Hispaniæ de Regnis,ad maioratus,secundum *Mol. lib.* 1.*de primog.c.*2.

Similiter *Caued.decis.*27.*num.*9.*p.*2.nihil concludit; solum dicit,quod fundus regalis permutatus,cum fundo patrimoniali, fit patrimonialis,& quod si in fundo permutato succedebat primogenitus, idem erit in fundo, cum quo fit permutatio, *Tiraq.in l. boues,*§.*in hoc sermone,limitat.*14.*per totã*,quod inde fit,quia res vna sub rogata in locum,& naturam alterius,in re idem reputatur, & res permutata,eandem sortitur naturam, quam alia res cum qua permutata est. Et ita siquis rem meam permutat cum alia, & res mea perijt,possum agere contra eum, vt reddat mihi aliam rem, quam abuit ex causa permutationis,& hinc est quod res permutata cum re subiecta fideicomisso fit fideicomissaria,& res permutata cum re dotali,eficitur dotalis propter identitatẽ naturæ,quam cõtrahũt res permutatæ cõglutinate,& totũ hoc intendit Caued. ad Lusitanã ordinationẽ. Ex quo patet,quod locus hic non pertinet ad rem, hic enim nihil adimitur,& dismembratur, ab aliquo prçexistenti corpore,cuius naturam sequi debeat,sed imo de nouo aliquid adiungitur doti fideicommisso, & alteri existenti per viam subrrogationis: In casu autem nostro totum diuersum. Ex quo animaduertant Oratores Aduocati,ne nimium sint extensi, sed intensi potius, quia intra rem pauca, extra rem multa dici possunt.

Nec quod tradit *Iacobus Asaa,de primogenitura,in commento ad legem mentalem, fol.michi.* 94.§.*& si in mente num.*41.Dum dici in principio;non est igitur dubiũ omnia bona ab ipso Regno procedentia, eandem naturam sequi debere,per iura, & DD.supra citatos non in quam obstabit, licet agat de bonis á Corona demptis,vt in ver. nunc quoniam fol. 100. aperte declarat per torum ex multis rationibus: Primo, qui ibi arguit á simili, vt sicut Regnum defertur secundum legem mentalem in filium primogenitum,nõ in patruum,eadem ratione obseruetur in successionibus inferioribus inferiorũ dignitatum, & maioratũ,& feudorum existentium intra Regnum,quia mẽbra a capite descedere

dere non decet, & quia in simili cōsuetudine vicinorū in rebus dubijs, etiā quod nō sunt, vt caput seruanda est, ita loquitur, *sub nu. 39 in fine*, quo argumento à similitudine desumpto, & á capite vtuntur DD. Hispani. *vt refert.* Moli. *de primogen. lib. 1. cap. 2. à n. 16.* vt sit sensus, quod ad instar Regni cætera primogenia deferantur filio primogenito, non patruo; non autem quod sola ratione dismembrationis eandem naturam sortiantur.

Secundo, quia ibi secundùm Autorem lex mentalis declarata per Ioannē Regem mentalem Legislatorē in suo testamēto, fuit generalis ad successionem Regni, & aliarū dignitatū, vt declarat in *vers. & si in mente, nu. 41. circa medium*, cum dicit, quoniā non vnam sibi, & diuersam subditis suis, debet statuere legem, licet legibus solutus sit, & talem fuisse mentem Legislatoris, ibi declaratur, qualem habuit in suo testamento, & ita subdit postea quod eo ipso, quod illud testamentum declarauit legē mentalem dubiam, erit lex generalis inter omnes. Tertio, quia ordinatio Lusitana has concessiones, de bonis, & castra Coronæ factas, appellat & reputat vera feuda esse, dempto quo admodum seruiendi, quem mutauit in istis concessionibus bonorum Coronæ volens, quod dicta bona, quo ad omnia alia, præter modum seruiendi fæudalia sint, tam in successione, quam in alijs, ex quo apparet, quod ex his rationibus retinent naturam capitis, non autem ex sola dismembratione.

Denique ex superioribus constat, solum esse respondendum ad responsa Raudensis, Decij, & Menoch. qui loquuntur de dismembratione, vt in casu nostro, quibus facile responsum dabitur, considarando, quod omnes hi qui loquuntur, quando res aliqua adimitur, & segregatur ab aliquo corpore fæudali, Ducatu, scilicet Marchionatu, Comitatu Delfinatu, Vicecomitatu, & similibus regalibus dignitatibus, & ipsa, & eadem res de nouo alicui conceditur in fæudum, sub fæudumuè: tunc enim res illa beneficiaria de nouo concessa, semper â prima pendet, & est eadem cum illa: vassallus enim, licet non posit alienare fæudum, sine consensu domini, & si alienauerit, alienatio nihil valet, & alienans priuatur fæudo, potest tamen sine domini consensu alium, sub infæudare de fæudo, quod ipsæ habet, & recog-

recognoſcit à Domino, vel partem illius: Eſt communis opinio, vt teſtatur Curtius Iunior. Ratio diuerſitatis, quod non poſsit alienare, ſub infæudare, vero ſic ea eſt, quia ſub infæudatio, vt valeat inter alia requirit, quod ille cui ſub infeudatur, ſit eiuſdem conditionis, & qualitatis cuius ipſæ vaſſallus, ſub infæudans, & quod ſub infæudet, cum eiſdem pactis, & conditionibus, cum quibus ipſæ tale fæudum tenet, & ſic dependenter à primo domino, a quo omnes accipiunt, & quem omnes recognoſcunt, & ſic ſeruant eadem pacta, conditiones, & qualitates primæ inueſtituræ, & quoad dominium vna ſola eſt inueſtitura, & ad ipſum fit reuerſio, quare ſi primus dominus tenebatur deferre primogenito, ſiue ex vi inueſtituræ, ſiue dignitatis regalis, ſimiliter ſubfæudatarius illius: cum non potuerint qualitates fæudi alterari, ſed ſub eiſdem tranſire, quod poteſt: quia quando iſtæ conceſsiones reſoluuntur, ex vi, & natura rei, & neceſsitate cauſæ, antiquæ reuertuntur per viam conſolidationis, & conſolidatum ipſo iure ſortitur eandem qualitatem, & conditionem, cum re, cum qua conſolidatur, & vnitur, §. *fin. inſtituta, de Vſufru. & ſic Butr. & Abbas in cap. cum veniſſent, vltimo notabili de reſtit. ſpoliat.* dicunt, quod ſi habens poſſeſsionem, ciuilem ingrediatur naturalem, vacantem conceſsionem finita, nō dicitur, adquirere de nouo, ſed continuare antiquam, nec ſoluitur gabella, tanquam de re noua, ſic fæudum cadens in comiſſum reuertitur ipſo iure, ſine re traditione poſſeſsionis, quia ius directi dominij, ſemper eſt in actu permanenti, ex vi attractiua, & non eſt nouum dominium, ſed conſolidatio, quia dominium directum, habet vim directi, & vtilis, ſicut quando finitur emphiteoſis, & vſusfructus, & ſic ſubfæuda reuerſa ad dominium, in egreſu, & regreſu ſeruant, eandem qualitatem, & conditionem, quam dominium â quo emanant, multa ad propoſitum tradit, (*R. Seſe omnino videndus, in deciſ. 25. a nu. 95. cum ſeqq.*) *hoc eſt quod Voluit Bald. in cap. 1. de fæudo Marchiæ, nu.* 1. dicens, quod hæc fęuda reuerſa ad dominum, perinde habentur, ac ſi nunquam fuiſſent ſeparata, nec ex parte concedentis nouum dominium acquiritur, ſed fertilior eſt annus, pulchra verba, & ſic non mirum, ſi omnia ſub fæuda, fæuda itidem ſeruent naturam

condi-

con ditiones,&qualitates corporis,â quo emanant,quo ad modum succedendi,& per hæc patet respōsio,ad tradita per Asaa. In casu autem nostro,à sui principio non fuit res hæc fæudalis, nec seruituti subiecta, quia non apparet de aliqua inuestitura, nec pro re præstitum fuisse vnquam homagium, vel iuramentum fidelitatis,prout in fæudis regulariter præstatur,nec seruitium aliquod impensum, nec de aliqua seruitute,siue reali,siue perso nali,quibus non datis res præssumitur allodialis, & franca. *Vt DD.communiter fatentur, teste Paul. de Castr.* Etiam si in alieno territorio alicuius Principis, res ipsa sita sit. Nam nihilominus præssumitur allodialis ad plennm, & directum dominium, *ex Castr. & alijs.* Nec mirum, quia bona semper libera præssumuntur, non subiecta maioratui, nisi scriptura maioratus,vel fæudi ostendantur,*ita docet Bald. & alij multi*, sic in dubio pręsumentes,quia in iure primeuo omnis persona, & omnis terra libera est,nisi in quantum violentia est illata, *ex eodem Paul.de Castr.* Et in hoc Regno notissimum est,fere omnia Castra,& dignitates esse allodialia,franca,& libera,non obstante, quod a sui principio fuerit à Regibus elargita, quorum præssumuntur fuisse ab origine,&sic per diuersas manus,& familias successiue legimus in annalibus transise libere, sine pœna aliqua, imo quod plus est,si Princeps concedit, vel donat alicui fæudum,per verbum significans donationem, censebitur libera donatio in dubio,non fæudalis,*ità cum multis Iul.Clar.§.fæudum,q.17.vbi de communi*,& sic concludendum necessario videtur,statum de quo agitur, licet à Corona Regia demptum, & excissum per viam donationis,nō ex hoc solo maioratui subiectum,nec alteri iuri,sed liberum & francum euasisse, aliàs fatendum foret,omnes concessiones á Regibus factas fore onerosas,nexu fæudi, vel alterius seruitutis, quod esset ab omni recto iuditio alienum,& in oprobrium magnificentiæ, & nobilitatis Regum,sicut in infinitis concessionibus quotidie videmus legimus,& experimur.

Restat modo ad secundam argumenti partem respondere, in quantum vult Baroniam,esse regalem dignitatem, & vt talem indiuiduam,& deferendam primogenito.Nam primo pos-

set dici, & vere, in hoc Regno hanc Baroniam, seu Castrorum concessionem non esse fæudalem, nec recognouisse aliquo tempore dominum, nec seruitium præstasse, & per consequens nõ debet dici fæudum iurisdictionis, seu inferioris qualitatis, & sic a fortiori, nec maioris dignitatis regalis, & per consequens argumentum contrarium, in ea non procedere. Sed ne ambulemus per mendicata sufragia, & vnico collyrio omnes oculos sanemur, aliter dicimus, quod Baronia non est dignitas regalis, si sumatur in specie, non in genere in quantum comprehendit omnes dignitates regales, nam Dux, Comes, Marchio, & huiusmodi, sunt etiam Barones habentes Castra a munificiencia Regum, sed quia habent etiam superiorem qualitatem ricahombrie, ideo non appellantur Barones, sed nobiliore nomine ricorum hominum, scilicet Ducum, Comitum, Marchionũ, &c. quæ nomina pro eodem fundant. In specie autem si sumatur Baronia, prout species iurisdictionis, quatenus comprehenditur, sicut merum, & mixtum imperium, sub simplici iurisdictione, non erit tunc Baronia dignitas regalis, quia non connumeratur, *in c. 1. de fæudo Marchiæ* & licet dicatur ibi, vel aliqua dignitate regali, hoc dicitur propter Delphinatum, Vicecomitatum, quæ sunt dignitates regales, sed dicitur feudum iurisdictionis, & inferioris qualitatis, quam illa quæ habent annexam dignitatem regalem, est verum, quod omnis qui præest cognitioni alicuius villæ, vel castri, dicitur habere dignitatem, non tamen dignitatem regalem, *ita concludit Marinus Frexia de subfaudis*, dicens, quod dignitas Baronalis non est regalis, secundum consuetudines feudorum, quia regales sunt indiuiduæ inter filios, ad quos deueniunt per vsurpationem, *in c. 1. de fæudo Marchiæ*, at vero Baronia diuiditur inter successores, ergo non est dignitas regalis, *ita concludit Frexia, cum multis*, imo quod varones sint Capitanei, *vt resoluit Frexia, & Cels. Hug. cum multis*, sed quia non adeo certum est (licet verius de iure) quin contradictores habeat, dicentes quod verior opinio est, quod Baronalis dignitas regalis sit, quando Baro habuit Castrum à Rege, sub titulo Baroniæ, & quod apari procedit cum Comite, tam in Germania, quam in Regno Neapolitano, ad quod multas, &

& varias auctoritates adducit, comunem, & veram opinionem appellans, *Mastril. de Magistr. cap. 2. a nu. 38. cum seqq.* qua propter dato (sine præiuditio veritatis) quod sit dignitas regalis, adhuc tamen non sequitur, quod sit primogenito deferendus Status hic, ex multis causis. Primo, *§. præterea Ducatus*, de generali consuetudine non seruatur, & sic in Italia, Alemania, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus diuiduntur: vnde ex generali, fere consuetudine feudalia, etiam dignitatum regalium sunt re dacta ad instar patrimonialium, & allodialium, quo ad ius succedendi, tam ex vltima voluntate, quam alias, & idem seruatur in Francia, & Burgundia, *vt tenent DD. omnes*, si igitur iam de consuetudine regales dignitates diuiduntur, nihilq. magis aduersum maioratui, quam diuisio sequitur, quod atenta consuetudine, non potest ex dispositione illius textus deduci constitutio maioratus. Neq. etiam ex alia dispositione, *tex. in c. 1. in fine de alienat. fæud.* per quem iam datur transmisio fæudi ad successores, nam illa limitata est, ad filius primi gradus. Vnde deficientibus fundamentis maioratus, scilicet diuisio, & transmisio, deficiet etiam deductio maioratus.

Deinde quia cum iam fæudalia etiam dignitatum regalium sint redacta ad instar patrimonialium, & allodialium, quia omnia bona Hispaniæ, etiam maioratui subiecta sint allodelia, *vt expressæ tenet Molin.* non debent iura fœudalia, trahi ad causas Hispaniæ, & alias quam fæudales, quia sunt iura singularia, quæ extendi nō debent, præsenti nisi disponant contra ius.

Item quia fæudnm nobile, & regale à sui natura non transmittitur, sed reuertitur ad dominum, *cap. 1. de fæudo Marchiæ, & ibi Bal.* de consuetudine tamen vsurpatiua transmittitur ad filios primi gradus tantum, secundum Bald. si igitur non est transmisibile vltra filios primi gradus, & sic non est perpetuum, quomodo sortietur naturam maioratus perpetui, & transmisibilis ad omnes, *ita arguit Socin. vbi sup.* hæc tamen ratio uon multum astringit; quia textus ille loquitur in dignitate concessa, in administrationem sine territorio, secus si cum proprietate oppidi, nam hæc est transitoria, *Mol. lib. 1. cap. 11. nu. 19. de primog.* quare aliter dicimus.

Præterea, quia bona maioratus Hispaniæ, non diuiduntur, etiā quo

quo ad exercitium, comoditatem, & administrationem, sed vni tantum deferuntur in proprietate, & vsufructu eius vita durante, quod secus est in fæudis regalibus, quæ licet à sui natura non diuidantur, quo ad iurisdictionem, & dignitatem (licet consuetudo dictet contrarium) comoditas tamen & exercitium diuiditur inter descendentes, *ita resoluit Mol. vbi sup.* vnde non est bona consequentia, hæc bona diuidi non possunt, ergo sunt de maioratu, *Moli. vbi sup.* quid quod sicut a principio fæudorum, regulariter fæuda erant diuisibilia, & superuenit postea, §. præterea, exorbitans, & odiosus tollens diuisionem, quo ad dignitates regales, potuit postea generalis consuetudo, Prouinciarum derogare illi, §. vt sic diuidi posit, & diuiduntur in Italia, Germania, Francia, partibus Lombardiæ, & alijs multis partibus Burgundiæ, & Cataloniæ, *vti fatetur, Cel. Hug. & Socin. vbi sup.* & hoc semota qualitate maioratus, & attenta solum natura dignitatum regalium, & illarum effectu á iure resultâre, adeo quod exprçsse dicat, Socin. nu. 25. quod non solum diuiduntur, per generalem consuetudinem fere omnium Prouintiarum, sed quod etiam in illis non seruatur ius primogenituræ, sed quod equaliter diuiduntur inter filios, sicut allodia, quod multis Tribus, & auctoritatibus comprobat.

Est deinde maximè notandum, quod quando hæc Baronia esset fæudum regale adhuc esset diuisibile, & sic non subiectum maioratui. Quod patet, quia don Petrus in instrumento ratificationis expræsse fatetur, & afirmat dicta bona, & castra fluxisse, & descendisse à Corona Regia Iacobi Regis aui, in patrem eius, & in se ipsum, & sic fuisse bona transmisibilia, si transmisibilia, ergo diuisibilia, *Socin. vbi sup. nu.* 33. si diuisibilia, ergo non maioratus: quia ideo dignitates illæ regales, *de quibus in §. præterea Ducatus,* non diuidũt quia non transmituntur, hoc argumento vtitur, *Bald. in d. §. præterea.* Licet non multum firmet pedem, & bene *Mol. de primog. lib. 1. c. 11. num. 14. vbi alij.* Quod si dixeris non fuisse datum in transmissionem expræssam in concessione, sed tantum patri genitori suo collata, vt ibi habetur, magis adstringit argumentum, relinquendo in eius libera voluntate dispositionem bonorum, & non subijciendo ea successioni maioratus, vel alie est videndus, *Socin. vbi sup. num.* 33. 34. vbi pulchre.

Ex

Ex ratione præcedenti ſequitur,alia ratio concludens in materia ſemper dignitatum regalium,ſcilicet quod dicta caſtra, a principio fuerunt donata ſimpliciter libere,& ſine aliquo onere, & ſic fuerunt effecta patrimonialia, & allodialia, cum non conſtet de inueſtitura,nec ſolutione ſeruitij,aut alterius oneris & præſtatione omagij, quo ſuppoſita poſtea ſuperuenit dignitas regalis Ducatus,& Comitatus, ex hoc tamen non ſequitur eſſe fæudũ Ducatus,& Comitatus proprie, ſed ſecũdũ quid,ex priuilegio Regio erigente ea,in Ducatũ,& comitatũ,& ſic in eis non habet locũ, §.*præterea Ducatus*. Odioſus exorbitãs a regulis iuris, & fæudorũ,vt dixi,quod loquitur tantũ id bonis,& rebus proprie conceſsis in fæudũ alicuius dignitatis regalis. Quia diuerſa ſunt,quo ad materiam illius §. dare aliqua bona in fæudum regale,vel erigere bona in fæudum regale, & ſic in his bonis non habebit locum indiuiſibilitas, de qua *in d.§ præterea Ducatus*, & ſic concludunt grauiſsimi DD.

Non minus excludit in diuiduitatem, *d. §. præterea Ducatus.* Vbi fundatur tota machina maioratus dignitatum regalium, ſi aduertamus,quod ille §.procedit quando conceditur fœudum vnius iuriſdictionis,ſiue Comitatus,ſiue Ducatus,ſecus ſi plura loca & caſtra,concedantur in fæudum aliquod,quæ tamen habent ſeparatam iuriſdictionem, nam tunc in illis cadit diuiſio, ita DD.magnæ auctoritatis limitant illum,§. & tunc diuiditur vna iuriſdictio ab alia,cum ſint diuerſæ, non autem vna iuriſdictio in partes,dicit tamen, *Mol.vbi ſup.num.*28. quod ſi in hoc caſu diuerſarum iuriſdictionum dignitas conceſſa ſit in vno tamen ex oppidis illud primogenito deſertur,alijs diuidendis inter alios filios, ſed Molina loquitur ſemper attenta praxi Hiſpaniæ.

Vltimo apponendo falcem ad radicem, quando ex aliqua dignitati regali,vel vti Principatu,Ducatu,Comitatu,Marchionatu,& ſimilibus,quæ de ſe ſunt indiuidua,diuiditur,& ſeparatur aliqua pars,quæ datur in Comitatum,vel aliud fæudum dignitatis regalis alicui,tunc fit diuiſibilis,ex quo ſemel fuit, per ſeparationem facta diuiſibilis, per habentem poteſtatem,vt eſt Rex,Princeps,Dux,Comes,Marchiones,& ſimiles: Sic inſimi

li, quod res inalienabiles, si semel alienentur, durat semper alienandi facultas, sic causa non delegabilis, vt meri, & mixti Imperij, si tamen Princeps, semel delegauit, dicitur naturam suam mutare, & efficitur in perpetuum delegabilis, ita concludunt DD. in terminis per rationes supradictas, sed in casu præsenti est in confesso, apud omnes Regnum hoc fuisse, & esse indiuiduæ naturæ, super omnes dignitates, & minimam partem, eius fuisse abscissam demptam, & alienatam ab eodem, extincta prima illa natura indiuiduitatis, ergo fateri oportet, hanc permanere, & diuidi posse, & per consequens non esse maioratui supposita hæc bona, cum nihil magis aduersum maioriæ quam diuisio, nec se compaciantur, & hanc opinionem in fortioribus terminis dicit de iure veriorem, *Mol. vbi sup. num. 25. in fin.* licet contrariam sequatur, ob consuetudinem, & praxim Hispaniæ. Ex quibus sequitur non bene fundari intentionem domnæ Margaritæ, in hoc fundamēto dignitatis regalis, & dismēbrationis, quod non adiūcta ei extrinsecus qualitate maioriæ, non conuincit, nec concludit, licet apparens, & subtile. Omnem difficultatem tollit, quod in hoc Regno, sola dignitas Regni est maioratus, reliquæ vero dignitates, non sunt de se maioratus, licet sint Ducatus, Comitatus, Marchionatus, & similes, *Mol. verb. primog. verb. testamen.* dicens, quod in Aragonia quilibet poterit disponere de rebus suis ad libitum, & ideo solent vinculare in testamentis, castra sua. Vnde cum in his dignitatibus regalibus, de iure præualeat cōsuetudo, *Soci. 68. in primo*, ideo illa attendenda est, & seruanda, & licet in vicis Regnis, aliud sit obseruatum non tamen debet extendi ad nostrum Regnum, cum sit exorbitans, & contra ius, *Cels. Hug. vbi sup. fol. 23.* vbi late.

Restat respondere ad Secundum caput de ordinaria, & immemoriali præscriptione, seu consuetudine, quæ defert bona, & detulit semper primogenito, per viam maioratus, quod indubium est a primo donatario, vsq. ad vltimum Ducem. Et cum nullus masculus reperiatur vltimi Ducis, sed solo D. Margarita, videtur bona ei iure optimo deferenda. Ad hoc caput facilior est responsio, supponendo primo loco, quod hæc non est, nec dici potest præscriptio, sed solum consuetudo, ratio est

quia

quia per præscriptionem non potest adquiri ius, contra futuros nascituros, & omnes impeditos agere, & non existentes, est enim præscriptio pactum tacitum habens duo extrema, vnum agentis aliud patientis in cathegoria agere, & pati, & vbi, vnum deficit, non datur præscriptio: igitur in præscriptione agitur, de prescribendo iure, contra futuros successores nonnatos, qui sicut consentire, sic nec contradicere valent, ergo non procedet in eis: præscriptio enim vni acquirit, & alteri aufert in particulari, *Graue. de antiqui. 4. pars, vers. transeo, num.* 21. quod omne non cadet in subiecto, quod non est, siue actiuè, siue passiuè, & ita dici solet, quod præscriptio est ius dispositum, consuetudo, vero ius disponens, *Corn. cons. 21. num. 30. in 3. Belayne. cons. 10. vers. 3. & tum secundum Bartol. cons. 72.* ad inducendam consuetudinem requiratur, quod inducens eam habet potestatem legis concedendæ, *Graue. vbi sup. nu.* 13. quam semper habuit præsens familia Ixarensium, cum in terris suis habeant imperium, & iurisdictionem *Bart. vbi sup. num. 2. & 3.* merito consuetudo dicenda est, nec huic obstat, quod quando præscribitur contra vniuersitatem acquiritur ius in vniuersum, contra omnes vniuersitatis præsentes, & futuros, qui nondum sunt, & currit præscriptio, quia respondetur, quod tunc omnes præteriti præsentes, & futuri representantur per vniuersitatem sicuti si essent præsentes, quia vniuersitas est tota, simul omnes comprehendens, & sic non consideratur præscriptio contra futuros, sed contra corpus constat perfectum ab omni numero, licet per mortem vnius, & subrogationem alterius releuentur, *Sese decis. 149. vbi late.* Deniq. extra personas representatiuas, & corpora ista ciuilia mistica in particularibus non datur præscriptio, contra non valentes agere, & quia in conditionalibus concurrit præscriptio. Vnde merito DD. omnes eam consuetudinem appellant, quæ est tacitum pactum po p li, & quasi lex tacita potest comprehendere præteritos præsentes, & futuros, & sicut lex potuisset deferre bona primogenito, sic etiam consuetudo immemorialis supposito, quod sit introducta debita iuris solemnitate obseruata, & requisitis, quæ nota, quia non inuenies sic declarata, attamen inter alia tequiritur, quod deducantur

actus,

actus, qui concludant sic fuisse obseruatam in vim consuetudinis, & non alio iure, alias enim equiuoca esset probatio, & non concluderet, vulgatis iuribus; qui enim vult probare maioratum per solam consuetudinem debet probare semper solum primogenitum successisse, in vim consuetudinis abintestato, exantibus alijs fratribus, qui non successerunt, sed solus primogenitus, aliàs nihil aget, quia potuit succedere ex testamento, vt hic ex donatione fratrum, ex capitulis matrimonialibus, & alijs mille causis & titulis, & non in vim consuetudinis, vt sic in terminis concludunt DD. quod hic probatum non est, nec potuit iustè probari; nec assignari per testes ratio conclusiua dicti sui, quia non est circa obiectum visus, sed mentis discernere, si possidet in vim consuetudinis, vel testamenti, aut alterius tituli, & sic aduertunt DD. in his terminis.

Deinde quia si familia Ixarensium ratio duxit, nunc maioratum per consuetudinem, vtiq. omnes de familia, id fassi fuissent in re sibi notissima, & attingenti suum proprium factum, quia nullus melius potuissent, hanc successionem declarare, quam eadem familia introducens, at qui omnes successores in ea, in varijs instrumentis recognouerunt hunc maioratum, ex scripturis, & hominum dispositionibus pendere, & emanere, quod patet, quia in sententia arbitrali, anni 1488. in processu exhibita fatentur arbitri bona esse vinculata in fauorem Ludouici primi, & ipse eam laudauit, & factum arbitrorum, est factum partium, quod idem fatetur domna Margarita referendo sententiam arbitralem in articulo 35. propositionis, & hoc idem correspondet propositioni Don Petri, articulo 102. Deinde in articulo don Petri Pupilli, 100. refertur quod similiter arbitri dixerunt, quod locus de Belchite, & Popula erant libera sine vinculis, vsq. ad testamentum Ludouici primi, de anno 1517. quam sententiam Ludouicus secundus nepos Domna Guiomare Enriquez, etiam compromitentis laudauit. Deinde D. Petrus el Señalero, vinculat de nouo loca Ducatus, quod postea in ratificatione refert, post D. Ioannes Orator facit in suo testamento (licet insolemni) vincula omni aduersa immemoriali maioratus, post in capitulis matrimonialibus Ioannis filij, cum D.

Cathe-



Catherina de Viamonte ponit vinculum, quod si filius moreretur sine filijs in vita patris donantis, posit pater disponere de bonis ad suum libitum, quid magis contrarium maioratui regulari, & præscriptioni? Quam quod posit disponere; prout sibi placuerit: Deinde anno 1485. Ioannis secundus in testamento, vult seruari circa bona omnia; hæc omnia vincula posita per patrem in suo testamento, successiue Ludouicus secundus in suis capitulis matrimonialibus, cum domna Beatrice de Alagon, de anno 1513. formans maioratum agnationis, in amplissima forma, prout etiam in capitulis matrimonialibus Ioannis 4. filij, cum domna Elisabet Despes. Idemmet maioratus agnationis formatur excludendo fœminas proximiores, contra naturam maioratus præscripti, quo bona deferuntur fœmina, eiusdem gradus, & lineæ. Item Ludouicus secundus, in secundis capitulis matrimonialibus, cum domna Hipolita de Heredia, anno 1548. mandat seruari pacta, vincula, & conditiones status, & in testamento Ludouici primi, anno 1517. disponit, quod seruentur vincula patris, & aui facta per eos, ad hæc Ludouicus secundus, in suo testamento, de anno 1554. se refert ad vincula domus. Ecce quomodo videtur impossibile, quod successio domus huius fuerit in vim maioratus regularis, introducta per consuetudinem præscriptam, cum omnes de familia apposuerint vincula, & se retulerint ad scripturas, in quibus ea continentur, & omnia destructiua, & inimica maioratus regularis, per consuetudinem præscripti.

Tandem subuertitur dicta immemorialis consuetudo maioratus, quem in vim illius aduocati Domnæ Margaritæ probare satagunt, quia cum immemorialis dicatur, illaq. memoriam hominum excludat, & de cuius initio memoria hominum non datur, quod necessario probari oportet ad illius introductionem consequitur, quod si de contraria memoria constiterit certa, & indubitata, taliter quod euidentissime constet de initio illius, nec posit illud subterfugi. Tunc destruetur immemorialis consuetudo, siue præscriptio destructo, namq. fundamento omnia, quæ ex eo deduci prætenduntur destructa esse censentur, *ita Mol. vbi sup. n. 64 per totum*, dicens, quod si appareat titulus, ex quo detur immemorialis præscriptionis verum, atq. indubitatum initium, etiam vltra

centum annos, vel ducentos; iam non dicetur immemorialis, & hoc non solum, si aduersarius doceat de initio illo, veluti, quia ego articulo, à Titio cepisse præscriptionem, & aduersarius probet Titium dimisisse bona libera, corruet immemorialis, quia euidenter falsa apparet, vt tenet, & benè *Mol. vbi sup. n. 63.* sed multo fortius, quando probans immemorialem dedexerit, certum, & indubitatum initium illius, nam à fortiori corrueret, nec tunc distinguendum est tempus, an citra, vel vltra centum annos, ex quo datur initium immemorialis certum, & indubitatum, & solum illud consideratur, vbi per actus contrarios, nitimur immemorialem labefactare; & secus vbi per initium, vt hic quia ex sua propria probatione resultat illius exclusio, licet sit vltra centum annos; quod ex Innocen. Specula. Ant. & omnibus scribentibus, deducit *Mol. vbi sup. nu. 65.* sic componens opiniones diuersas, vt contraria procedat, quando agitur de interrumpenda præscriptione, in vim actuum contradicentium, quia si illi sunt intra centum annos citra destruunt, si vero vltra non labefactant eam, quia potest replicari per illos actus fuisse bona effecta maioratus. Et in hunc sensum est intelligenda communis DD. opinio. Et in casu præsenti, tam ex istrumento Ratificationis, id constat, quia vbi D. Petrus ex præsse fatetur à Domino Rege Iacobo, bone illa fuisse patri suo elargita, & originem certam, & indubitatam traxisse, quam etiam ex testium depositionibus. Nam sup. artic. 3. propositionis, & secundæ domnæ Margaritæ, id deponunt 3.4.5.6. 7. bona hæc principium sumpsisse á Petro filio Regis Iacobi, & in articulo 4. propositionis. Idem deponunt testes, 4.6.16. qui etiam id depouit in 3. articulo, & in replica Nicolai Bayle ficti, domnæ Stephaniæ, cuius locum obtinet, domna Margarita super 4. replicæ, idem deponunt testes 16. 19.24. qui dicunt bona hæc à Rege Iacobo principium accepisse, & donata filio Petro, quod idem fatentur historiæ Regni, & alia adeo, quod de hoc dubitandum non sit. Ex quibus concludi oportet fundamentum, hoc cōsuetudinis immemorialis præscriptæ introducentis Maioratum, non sustinere, nec defendi posse colore aliquo.

Quare ad tertium caput accedi oportet, vbi agitur de vinculis, & hominum dispositionibus inuestigando, si in illis reperia-

tur aliqua vocatio D.Domnæ Margaritæ. Finaliter nam si imme morialis procederet maioratus successisset Raphaela filia Ioanis 4. in quo fuit radicata linea primogenituræ, & eo sublato de me dio filia debuit intrare in eius locum excluso patruo, secundum verissimam opinionem sequutam ab antiqua, & moderna iuris prudentia secuud. Iacob. Affaã *de primog. num.* 80. *in fin.* & tamen, non successit, ergo non fuit introductus maioratus per imme morialem.

Ad tertium caput deuenientes, in quo agitur de scripturis, & instrumentis, & vinculis, seu fideicomissis in eis contentis, quo potissime suum Achilem constituit D.Margarita concludendum est vocatam illam esse, ex testamento Don Petri de Ixar, quem signiferum Sanctæ Romanæ Ecclesię vocant, testificato sexta die Iaunuari, anno 1318. licet solum videatur posita conditione, idq. ex varijs, & concludentissimis coniecturis, nacentibus omnibus ex comprehensione virtuali verborum, aliquibus tamen ex ex-expræssa comprehensione eorum, etiam per antecedens necessarium, quod dicitur esse de cartha, & litera vt dicemus, præmitendo.

Primo, quod hæc quæstio, an filij positi in conditione censean tur vocati, non minus vulgaris, quam trutinata, apud scribentes, tam equalis reperitur, pro vtraq. parte, vt vix assecurari possit, quæ magis comunis, & magis vera, vtraq. sic appellatur, apud suos grauissimos, & innumeros auctores, & idem dicendum de alia, sed si attente de iure in simplicibus terminis, magis comunis, & magis vera videtur negetiua opinio, & in Regno nostro recepta, ex *Menoch. Socin. Cels. Hugo*, *Poreg. Rust. & alijs allegatis per eosdem in locis communibus allegatis per R. Ses. decis. 65. n. 1. & 2. 1. p.* Etiam si contraria opinio affirmatiua, multum suadeat mentem, ad sentiendum contrarium, etiã in simplicibus terminis, ad quid enim voluit testator substitutum fratrem vocatum excludi per filios in conditione possitos, si illi maiori, vel saltim æquali fauore non esset gauisuri, per similem vocationem, cum certum sit conditionem filiorum, vel liberorum, semper apponi ad eorum fauorem. Sed quidquid sit, obtinuit iam magis comunis opinio vt in simplicibus terminis, non censeantur filij vocati, ex commu

ni, & magis communi. Tamen quia affirmatiua habet maximam voluntatis præsumptionem, ideo adiuncta aliqua coniectura, dicunt DD. eam esse amplectendam, maximè in descendentibus, & hoc ex voto omnium, etiam tenentium negatiuam opinionem, quod scilicet non sint vocati in simplicibus terminis. Ita tenent pulchrè Socin. & Ruin. dicentes, quod filij positi in conditione censentur vocati, quando vltra positionem in conditione superuenit aliqua coniectura illud suadens. Debet enim tunc aliquid operari, vltra positionem in conditione, & quod sic concludunt, comuniter DD. & illi qui tenent negatiuam. Allegat Socin. ad hoc multos, & totidem Ruinus, maximè si sumus in descendentibus secundum Socinum, & in his terminis data aliqua coniectura, vltra positionem in conditione, quod censeantur vocati descendentes, dicit equiorem, veriorem, & hodie magis comunem, *Decian. & Iul. Clar.* addens, quod intrepide est tenenda, hæc opinio in praxi, sicut alias sine coniectura aliqua, dicit fore temerarium recedere, *a glos. l. Lucius*, non essent vocati, tunc descendentes. Idem Crasus cum multis, dicens, quod in collateralibus coniecturæ requiruntur, vt inducatur vocatio in descendentibus vero, sine eis, aut saltim cum leuibus, & hanc dicit magis cōmunem, & veriorem, & ponit ibi varias coniecturas. Hos sequitur Nouius, sic declarans communem opinionem negatiuam: tandem hanc veram concordiam, iuxta naturæ, & parentum commune, ac naturale votum, sequitur *Decian. d. cons. 44. num. 5. & Crasus*, dicentes, hanc veriorem equiorem, & magis communem, nec posse ab ea dari recessum, vt dicit Rust. ita rem temperans prudentialiter.

1 Secundo præmitto, id quod multum commendatur, quod scilicet filij ponuntur in conditione duplici intentu. Primo, ad solum excludendum substitutum, & extinguendum fideicommissū, eis existentibus, & sic vt minus grauetur hæres, & bona apud eū maneant libera, veluti si solum dicatur, *Si filius meus sine liberis decesserit, &c.* Licet aliquo modo satis remoto, & non proximo, nec considerabili detur illorum fauor, abintestato scilicet, & tunc de plano procedit communis opinio, *glos. in l. Lucius.* Nulus enim particularis fauor filiorum consideratur, ex quo hæres gra-

grauatus potest bona dissipare eis, & etiam substituto inuitis, *vt in d.l. Lucius*, aliquando vero ponuntur liberi in conditione gratia, &fauore filiorum tantum, & non hæredes grauati, veluti in duplici conditione, si filius decesserit, sine filijs, & filij liberorum sine filijs, & sic conditiones protahuntur in longius tempus vltra mortem grauati. Tunc enim conditiones ille censetur appositæ ad differendum fideicomissum post mortem filiorum, & descendentium in conditione positorum, ita declarando *Corn.in cons.97.nu.3. in primo*, tenent *Torniol. & Rust.* Huius subtilis diferentiæ tradit a Torniolo, illa videtur esse ratio, quia in primo casu existentibus filijs, extingitur statim fideicommissum, & hæres grauatus potest bona dissipare, nullaq; remanet spes certa filijs posside ndi bona aliquo momento, hærede bona alienante, nisi in cassu quo vellet abintestato decedere; quod est de futuris contingentibus; At vero in secundo casu, supposito non estatim extinguitur fideicomissum, sed difertur: nec interim hæres grauatus potest bona alienare irreuocabiliter, sicut poterat in primo casu, & pendente ista dilatione necessarium est filios bona posside re. Saltim illud certum est quod fauor grauati nullus consideratur. In hoc secundo casu; cum libere de bonis pendente cognitione disponere non posit, neq; etiam substituti, cuius vocatio suspensa est, & sic solum remanet fauor filiorum. In hoc igitur casu dicunt DD. supra dicti quod admituntur etiam leues coniecturæ ad vocationem descendentium, quarum aliquas breui calamo attingemus, cum pingues habeant illæ tractatus, ad quos recurrere licet.

Prima coniectura desumitur expositione in conditione filiorum legitimorum, & de legitimo matrimonio, quæ a DD. tam discusa, & disputata est, vt per eam filij censeantur vocati ex testamento, quia si legitimari non excludunt substitutum, sed solum legitimi, vt loquitur cōditio, & substitutus excludit legitimatos, a fortiori legitimi excludent legitimatos, per regulā si vinco Vincentem te, &c. Et si hæc exclusio substituti non fieret in vim testamenti, nequaquam fieret abintestato. Quia tunc omnes admituntur æqualiter, & licet habeat contradictores hæc opinio, tamen hæc est magis comunis, & magis vera, apud DD. ex multis,

quia si solum operaretur abintestato, *iuxta glos. l. Lucius, de hæred. instituen.* certe diceretur aposita, etiam in fauorem legitimatorũ, quod esset contra mentem testantis, & si solos legitimos de legitimo matrimonio, non censentur vocasse, ex testamento sine dubio legitimatos possuisset in conditione, & si ob nominationem limitatam legitimorum, ex legitimo matrimonio dilexit eos magis, ergo non licebit cum eis, æquare legitimatos, aliàs non esset prædilectium, *secundum Menoch. vbi sup. n.* 22. Deinde quia eadem est vis, quæ excludit substitutum, & quæ includit filios, *d. l. Lucius* 2. Vbi conditio filiorum, exclusiua substituti, includit filios ad succedendum, sed vis exclusiua est, ex testamento ergo, & inclusiua, *& si in d. l. Lucius.* Inclusio solum operatur ad succedendum abintestato, hoc ideo est, quia nullam fecit testator differentiam inter filios: At secus esset si fecisset, eam proter illam particularem notam eorum, quod comprobatur ex multis, quæ tradit *Menoch. vbi sup. lib. 4. præs. 70. nu.* 17. *&* 18. *cum seqq.* Quod esse summe notandum pro opinione afirmatiua, & licet contra hoc posse replicari, quod cum ad finem excludendi, non sit necesse vocari, ex testamento, sed solum quod esse potuerit, ex testamento, vel abintestato, & quod sic tacita mens testatoris, non fuerit vocare ex testamento, cum etiam abintestato potuerit excludere substitutum, & quod hoc fuit de mente testatoris, qui non presumitur velle, nisi id quod verba sonant, & cum ex duplici capite possint excludere substitutum, non potest capi coniectura certa de vno magis, quam de alio in dubio, & qui se fundat in vno debet illud probare, aliàs nihil facit ad quod omnes respondetur quod procedit replica in conditioni simplici liberorum, secus vbi sit differentia, & restrictio, nam tunc videtur eos prædilexisse, & sic vocasse. Nam si abintestato non censetur prædilexisse eos. Cũ ergo simus in descendentibus positis in conditione, eorum fauore, erit dicendum ex mente omnium, ex hac coniectura dicit vocatos. Tum etiam, quia si vocauit filios omnes, & descendentes Marquesiæ substitutæ, minus dilectæ, multo magis censetur vocasse filios Alphonsi instituti, ob maiorem prædilectionem, & hæc est fortissima coniectura.

Deinde, quia certissimũ est iuxta mentem, *glos. in l. Lucius*, quod

filij posıiti in conditione, debent habere prælationem, siue ex testamento, siue abintestato, quod si habere non posśint abintestato, habebunt ex testamento, & è contra secundum omnes, *Socin. iun. cons.* 174. *lib.* 2. *nu.* 22. *& cons.* 175. *&* 141. *nu.* 8. *Ruin. cons.* 140. *nu.* 13. *in* 3. *Rusti. in tracta. quando filij, lib.* 3. *c.* 4. Ex hoc nascitur vehemens coniectura, quod vbicumq. filij posıiti in conditione non haberent ius succedendi abintestato, si non essent vocati ex testamento, in tali casu dicuntur vocati ex testamento, *ita Soci. & Rui. vbi sup.* Et non solum procedit hoc, quando in totum non succederent, abintestato: sed etiam si in parte succederent, *ita Socin. Menoch. Ruin. vbi sup.* Siue succedendum sit filio, siue patri testanti, per vulgarem *Soci. vbi sup. Menoch. præsum.* 76. *num.* 49. *in quarto.* Et sufficit, quod hoc inconueniens posśit succedere, licet non succedat, vt capiatur talis coniectura, *Socin. vbi sup.* Pone, quod Alphonsus moreretur, ante aditam hæreditatem relictis filijs, *vt in l. Lucius*, tunc succederent testatori Petro, scilicet abintestato filij Alphonsi, vna cum Marquesia, & sic concurrendo facerent partem. Et si dixeris non posse Marquesiam venire, quia per existentiam filiorum fuit exclusa, respondebo, quod non venit in vim substitutionis, quæ expirauit, sed proprio iure, vt filia, & sic concurrit cum filijs Alphonsi, in hoc casu dicitur vocatos esse filios in conditione posśitos, *ita Zanc. vbi sup.* Et idem quando quis ponitur in conditione, & eius fauore excluditur, ille qui eum exclusisset in totum, vel in parte, *ita Menoch.* 325. *nu.* 16. *in* 4. *Ruin.* 140. *num.* 14. *in* 3. In casu nostro Marquesia vocatur non extantibus liberis Alphonsi, ergo sub contraria conditione censentur exclusa, *secundum Rui. vbi sup.* Et in hoc casu censentur posśiti in conditione vocati, ad totum illud, quod aufertur Marquesiæ, ex doct. Bart. Præterea hic indefectum omnium vocatur nobilis Iacobus de Xerica colateralis: ergo à fortiori videtur vocasse filios in conditione posśitos, *secundum Rui. cons.* 108. *num.* 11. Ex vltima enim vocatione extranei hæredis censetur vocatio filiorum posśitorum in conditione, prout sic declarauit Senatus Cataloniæ. Tũ quia dat facultatem spondalarijs vendendi bona, & castra in certis casibus, extra quos videtur, à contrario sensu alienationẽ prohibere, quia quæ de vno affirmat de alio censetur denegare, &

tunc

tunc facta, & data prohibitione, etiam collecta contrario sensu; censetur facta fauore filiorum positorum in conditione, & per consequens dicuntur vocati, sic Alciat. dicens, quod tunc censetur facta fauore solo filiorum, & per consequens, inducit dispositionem, & vocationem facit, quia vbi fauore filiorum aliquid disponitur, vel excluditur aliquis, censentur filij positi in conditione vocati. Aliæ multæ coniecturæ possent minutatim deduci, ex hoc testamento, quarum licet vnaquæque de per se non vinceret, tamen plures, simul iunctæ sufficere videntur. Quod omne versatur in religione judicantis, maximè cum agamus in descendentibus, vbi leues sufficiunt, ex allega. per Rust. Sed quia vbi statur cartæ, & ad literam sine aliqua interpretatione periculosum est supradictas coniecturas recipere, cum resultent ex discursu, & argumentis, vt tenent DD. nec dicantur vocati secundum literam dispositionis, quamuis contrarium teneant grauissimi DD. relati per Menoch. dicentes, quod imo positi in conditione dicuntur scripti in testamento, & vi verborum continētur, quia tale statutum non excludit, quod virtualiter, ita continetur, sub expressis verbis, vt ex necessitate quadam comprehendantur, minusq. excludit interpretationem rationabilem, sine qua verus, & clarus intellectus esse non potest, quia intrinseca expositio non prohibetur litera enim occidit, spiritus vero viuificat. Sic regula Beati Francisci admittit interpretationem, vbi aliquod verbum ratione sensus, vel constructionis exponendum venit, & ita in varijs exemplaribus rerum iudicatarum amplexæ fuerunt coniecturæ in Regno, tales quæ moueant, suadeant, & impellant rectum iuditium iudicantis, & ob id sequuntur aliæ cō iecturæ collectæ, ex expressione verborum. Et primo certum est, quod in conditione ponuntur omnes descendentes, ab Alphonso in infinitum ad exclusionem Domini Regis, & Iacobi de Xerica, in fine verò, *in vers. Empero*, ad ingressum Regis, & Iacobi substitutorum dicit: *Empero si acaecia, que de nos, e della*, id est, *mi muger non fincasse fillo, ni filla heredero, &c.* Vbi est aduertendum, quod hic appellatione filij, & filiæ, comprehenduntur omnes descendentes in infinitum vt habetur, *in l. Lucius 2. de hæred. instituen.* Ratio est manifesta, quia hic repetit conditionem filiorum ad ingressum

ſum ſubſtitutorum, in qua ſunt poſsiti omnes deſcēdentes in infinitum: non enim ſolus filius & filia, primi gradus excludunt ſubſtitutos, ſed omnes deſcendentes liberi. Quod adeo veriſsimum eſt, vt niſi cauillando negari non poſsit. Igitur verbum *heredero*, appoſsitum filio, & filiæ, appoſsitum cenſetur omnibus deſcendentibus, quaſi dicat, deficientibus omnibus filijs hæredibus noſtris, &c. Ecce quomodo omnes vocat hæredes ſuos, ſicut filios primi gradus vnica oratione, vnico verbo eos regendo, & terminando. Quę verba ſola ſine alijs, manifeſte inducunt vocationem ex expręſsis verbis, adeo vt dubitandum non ſit de vocatione filiorum, quia in vita nemo hæredem habet, & omnes deſcentes hæredes appellat. Quod omne confirmatur, per illa verba: *Si de nos, e della, non fincaſſe fillo, ni filla heredero.* Hoc verbum, *non fincaſſe*, idem eſt, quod remaneret, quod verbum denotat tractum, & perpetuitatem, & per illud perpetuos hæredes conſtituit deſcendentes. Subnectitur poſtea alia oratio, vbi poſt deffectum filiorum hæredum, dicit: *Et auieſſe nueſtro Caſal a fincar en el ſeñor Rey, &c.* ſumendo caſale pro loco patrimoniali. Ex his verbis poſsitis, poſt omnes ſubſtitutiones, colligitur teſtatorem voluiſſe bona debere remanere penes filios, & ſucceſſores ſuos hæredes: nam poſt quam dixit, indefectum deſcendentium hæredum, bona deuenire in Dominum Regem; manifeſte id indicat, quia in principio omnes deſcendentes ſunt poſsiti in conditione, ad excludendum Regem, & vbi ſuperſunt, non intrat Rex. Sicut ergo diſpoſſuit per viam cauſæ, id eſt, quod non remanentibus filij deſcendentibus hæredibus intraret Rex, & non aliàs, ſic etiam hęreditas, & bona remanerent penes deſcendentes hæredes poſitos in conditione: ob quorum defectum in hæreditate tranſtulit bona in Regem, certum eſt enim, quod ex hoc verbo, hæres, deducitur vocatio poſitorum in conditone, & han vocationem ſignificant illa verba, *Con tal condicion en cara fazemos el dito vinculo, e ſubſtitucion en los ditos caſos &c.* Quæ verba inducunt, non ſolum, vinculum, ſed maioratum.

Accedat his expreſſa quædam, & fortiſsima coniectura, quæ deſumitur ex illis verbis duplicatis, *Que por tiempo ſera Señor de Ixar por recta linea.* In quo eſt notandum, quod in vltimis volun-

tatibus, & fideicomissis, verbum dominus, idem importat, quod hæres, verbum autem *hæres*, tractum importat successiuum post mortem, cum nemo, in vita hæredem habeat. Et sic DD. in graui illa quæstione inter Paul. & Cuma. circa vulgarem, & fideicomissariam, inducunt semper fideicomissum, vbi apponitur hoc verbum *hæredes*, imo per quodam antecedens necedarium, præsupponitur vocatio, si hæredes, & domini futuri sunt positi in conditione, maximè si iungatur verbo *descendentibus*, quod de se tractũ trahit, maximè adiuncto verbo *por linea recta*, quæ habet tractum, & successiuam vocationem gradus personarum continens, & numeros distinguens. Et hoc argumentum per antecedens necessarium est de carta, & resultare ex verbis expressis cartæ; Crauet. Et hoc maximè quando antecedens aliunde non posset prouenire, vt in casu nostro, vbi descendentes appellat hęredes, sicut filios primi gradus. Et licet dici soleat, quod ex verbis præsupositibis nõ inducitur dispositio, nisi de præsuposito aliter constet, tamen ad id respondetur, illud procedere in præsuposito, quod non enuntiatur, secus vbi enuntiatur, vt hic quare potius tractandum est, an hæc verba enuntiatiua, disponant quam præsuponãt & dicendum, quod talia verba, sic geminare prolata disponunt, etiam si semel emissa non disponant, saltim, verba ista declarant intentionem loquentis, taliter quod sufficiant ad inducendum fideicomissum verba enuntiatiua.

Alia consideratur coniectura, super omnes vehementissima in *Vers. Queremos encara, &c. fol.* 4. vbi dicit, quod spondalarij possideant suo casu dicta castra, & ea non restituant Regi, nec Iacobo, in casu quo locum haberet substitutio de eis facta, nisi prius Rex, & Iacobus ad impleant omnia contenta in testamento; & plus dicit quod ante quam restituant dicta castra dicto Regi, & Iacobo, vbi substitutio de eis facta locum haberet, *accipiant cautionem a Rege, & Iacobo de soluendo vxori certam quantitatem pecuniæ*. Et tandem in fine subdit verba sequentia: *Semblantment queremos, el fillo hereder o nuestro, o filla, o los herederos dellos en su caso, ser tenidos.* Ecce quomodo, idem quod dixerat de spondalarijs repetit de filio filia, & descendentibus hæredibus, vt similiter possideant castra, & ea non restituant suo casu, nisi obtenta cautione à Domino Rege

&

& Iacobo. Verum enim illud, *semblantment*, repetit eandem substitutionem in speciæ, quoad alias personas, vt ibi est videndus in terminis, quasi id dicens Bart. Soci.

Non pondero digresſionem ad plures gradus, nec vocationem extranei hæredis, & eius succeſſorum, minusq; pondero qualitatem bonorum, quæ prætiosa sunt, & magnæ qualitatis, nec pondero verbum illud, *que por tiempo sera señor de Yxar*, quod verbum *por tiempo*, denotat tractum, & appositum inter descendentes collectiue vocatos inducit fideicommiſſum, *secundum Paul. & Cuman.* Quas coniecturas omitto quasi non neceſſarias vbi tot aliæ, & tam vrgentes dentur.

Finaliter concludo, quod in fine substitutionum grauat, in eadem oratione Alphonsum, & Marchesiam, vt si sine liberis deceſſerint, & descendentes sine liberis, succedat dominus Rex, in hoc casu coniungantur in conditione filij Alphonsi, & filij Marquesiæ, & isti filij Marquesiæ reperiantur vocati expreſſe, idem dicendum est de filijs Alphonsi, vt similiter vocati censeantur, propter equalem determinationem illorum positorum in eadem oratione, & sub eodem verbo. Ex quibus omnibus videtur negari non poſſe, quin fundata maneant opinio, D. Margaritæ. Et quod sic optimo, iure eius proposito sit recipienda respectu bonorum, in hoc testamento tantum mentionatorum. Sed contra D. Margaritam opponi poſſet, quod cũ in conditione solum ponantur descendentes per rectam lineam, & per consequens si vocati censendi sunt, vocabuntur etiam per rectam lineam; cumq, ipsa de recta linea, non sit, non videtur comprehensa, in dicta substitutione; siue agnationem deducamus expreſſam, siue tacitam per expresſionem rectæ lineæ; respondetur, quod cum sit procreata, immediate a masculo, dicetur eſſe de linea, de recta linea, & per rectam lineam descendere masculinam, *ex Alex. cons. 43. num. 6 in* 3. quem secuutur DD. Omnes, & cum in hoc testamento expreſſe agnatio non sit contemplata, non venit excludenda; tum quia illa deductio, ex mente potius fit, quam ex verbis, *per doctrinam* Paul. *Castren. in l. penul. C. de pro.* quæ in hoc Regno recipienda non est, nisi in expreſſa agnatione.

Oponitur tamen contra hoc testamentum de nullitate instrumenti,

menti, quaſi minus ſolemne cum defficiat locus, qui cum ſit de ſubſtantia, ſeu ſolemnitate ſubſtantiali, vt DD. comuniter fatentur non poteſt probare, nec fidem facere, & per conſequens cauſa teſtamenti reducitur, ad non factum; cumque nullum ſit, non potuit temporis diuturnitate etiam mille annorum conualeſcere, ex communi regula; quod nullum eſt, &c. Tum quia DD. in proprijs terminis de inſtrumento nullo, vno ore fatentur non poſſe quacumque diuturnitate temporis conualeſcere, etiam ſi pars confiteatur, ſiue tacite per productionem, ſiue expreſſe confitendo, ſe illud teſtamẽtum feciſſe. Quia cũ fides inſtrumẽti, & vis probationis ſit iuris publici, non poteſt pars illud ſupplere confitendo, nec ſe ad illud referendo; quibuſcumq. verbis, cum hoc non pẽdeat ab eius poteſtate. De alijs etiam nullitatibus opponitur parui momenti, cum ſit notarius Regni, & actus publicatus, & per conſequens præſſumitur rogatus dies & annus teſtes adhibiti, & verba ſatis indicantia commiſsionem leuandi, quod omne in antiquis maiorem vim obtinet, & concludit. Ad principale tale contrarium accedendo dicemus. Primo non omnino deficere locum. Ex quo enim Notarius rogatus habuit poteſtatem limitatam ad locum de Yxar, a cuius domino fuit creatus, & ſic ſatis colligi potuit, quod ibi teſtamentum recepit. Ratio enim quare requiritur tanta ſolemnitas inſtrumentorum de iure, eſt ad euitandas falſitates, & ne partes in incerto laborent: nam cognito loco tempore, & alijs requiſitis, facile fit partibus veritatem inquirere, & detegere falſitates inſtrumentorum, ob quam, & ob hanc rationem diſponit forus noſter, de anno 1362. vt not. generales, qui habent poteſtatem per totum Regnum teneantur exprimere, in ſuis inſtrumentis locum, in quo habitant, vt ſic partes poſsint, ſibi conſulere, inquirendo veritatem in loco certo, hic autem cum non poſſet not. extra locum de Ixar, inſtrumenta teſtificare, ex quo limitatam ad eum locum habebat poteſtatem, manifeſtiſsimè conſtat de loco habitationis talis not. & ſic forus hanc expreſsionem non requirit in Notario limitato, & reſtricto, ad certum locum intellexit, enim forus in tali not. ſatis expreſſum eſſe locum habitationis ratio, quæ & mentem conuincit, & iuri ſatisfacit, & animum rectum ad veritatem ducit. Nam etiam

requi

requiritur instrumento locus generalis, & locus loci specialis, ex magis communi opinione, & tamen certum est, quod potest vnũ per alium supplere, data aliqua coniectura sufficienti. Imo satis erit si præsumptiue constet de loco; etiam si expræssum non sit, *ex Bart. Alex. Ias. Franc. Genian. Bal. & alijs quæ refert Cæsar, Barcis*, & si istorum opinio vera est de suplectione loci facienda de vno facienda de vno instrumento, ad aliud quando fuerunt confecta, ab eodem not. quo casu nullus negat opinionem, Bart. veram esse, vt & fatetur *Menoch. cons. 288. num. 20. in* 3. Multo magis procedet in casu nostro, vbi non fit ista intelligentia, ex separato instrumento, nec summitur ab alijs extrinsecis, sed ab eademet scriptura, in qua annuitur, & quasi expræsse locus, exprimitur dicendo, not. de Ixar. Nec obstat, quod expræssio loci sit de forma, & sic non suppletur per relationem ad aliud. Quia hæc est præsumptiua, quæ non sufficit vbi forma requiritur. Quia respondetur, quod hic non fit relatio ad illud, sed ipse scriptura se ipsam declarat & exprimit, & sic sumus extra omnes angustias, quæ ab scrupulosis authoribus traduntur, at hæc si styllus notariorum excusat, & is seruari debet in instrumentis conscribendis, in quibus obseruare debent solitam consuetudinem suam, & aliorum generalem, hic fuerunt exhibita, quam plurima instrumeuta, de eodem tempore confecta, per notarios loci de Ixar, in quibus non exprimitur, locus de celebratione contractus, sed tantum dicitur, Notarius de Ixar. Imo quod plus est de Ciuitate Cæsaraugustæ Metropoli Regni, a qua alia loca exemplum capiunt. Adducuntur similia instrumenta, in quibus sine expræssione loci dumtaxat habet, scilicet Not. Cæsaraugustæ. Si hoc igitur hic erat stylus, & & consuetudo Regni in illo tempore, quo maior fides notariorũ, & minor malitia scaturiebat, satis abunde videtur satisfactum solemnitati instrumenti, ne alias, sit dicendum peritura tot, & tanta instrumenta antiqua quorumui loca, Baroniæ, honores a regnicolis possidentur, quod dicere asserit fatuum esse, Rub. Alex. & tristissimum deplorat, *Barc. in suis decisionibus.*

Sed quando hæc non sufficerent, & tenaciter, quis adhærere vellet neglecta veritate angustijs, quasi legis Papiæ æquitatem, & veritatem circumcludendo, ex alio capite sumum extra omnem

difficultatem. Transeat quod instrumentum sit nullum, & amplius, quod nunquam diuturnitate temporis conualescat, nec per confessionem, seu relationem partis, ad tale instrumentum, quod ingenue fatemur. Tamen hoc omne procedit, quando solum agimus de viribus instrumenti; & quando confessio; & relatio ad illud tendunt reualidandum, tunc enim omnium videtur opinio, quod non reuiuiscat instrumentum, quia quatenus ad illud sit relatio confessionis, quatenus probat, quod si nullum est, nec probauit, nec confessio super subiecto cadet, at secus omnino erit, quando confessio; vel relatio fiunt, non ad instrumentum, & eius formam instrumentalem, sed ad contractum in eo contentũ, & sic non ad continens; sed ad contentum tantum; quod si ita fiet, valebit in vim relatæ confessionis contractus contentus, licet instrumentum continens pereat, & hoc non solum si expresse, quis confitetur vera esse contenta in instrumento, quod nullũ est, quod casu nulla est dubitatio, quin contractus ille teneat, & valeat; sed etiam in tacita confessione resultante, ex productione instrumenti in iuditio facta; Nam similiter licet instrumentum sit minus solemne; tamen per illam productionem instrumenti remanent vera contenta in eo, ex magis communi opinione. Quinimo, quod plus est instrumentum in vim confessionis tacitæ, vel expressæ habetur pro solemni, non dico quod sit solemne; sed quod reputabitur pro tali. In casu præsenti nos habemus quandam confessionem expressam eiusdem D. Petri testatoris, in quodam instrumento ratificationis valido & solemni; de cuius viribus dubitandum non est, nec fuit dubitatum; in quo fatetur ipse Petrus se condidisse testamentum eodem die mense, & anno; & ab eodem not. pro vt continetur in instrumento, & fatetur se ibi substitutonem fecisse, eam in substantia referendo pro vt in testameuto continetur: dicens relalatiuè, post expressam substitutionem, pro vt in dicta substitutione; seu vinculo est latius ordinatum, & continetur in dicto vltimo testamento nostro, & ad maiorem expresionem ponit clausulam de certa sciencia, dicens, *ex certa sciencia, & gratuita voluntate de iure nostro plenarie informati, laudamus, ratificamus, approbamus, & perpetuo confirmamus prædictam substitutionem & vinculum, in prædicto nostro testamento contentum,*

tum, taliter quod nunquam possimus eum reuocare in quantum tangit, seu continet substitutionem prædictam; imo totum id quod dictæ substitutioni pertinet, firmum maneat, sicq; aliquid pertinens ad dictam substitutionem non possimus aliquod tempore reuocare; & hoc siue in toto; siue in parte eiusdem substitutionis, seu vinculi. Ecce quomodo omnem substitutionem de extremo ad extremum, cum omni pertinenti ad eadem dicti testamenti approbat, & confirmat faciendo certam relationē, ad illum per expræssionem diei, mensis, & anni, not. & rei contentæ: in hoc casu fatentur omnes, validam esse confirmationem, & validum contractum, contentum in instrumento nullo. Ex quo relatio fit ad contentum non ad continens, licet instrumentum sit in solemne, sic fatentur omnes DD. *Bald. Bart.* Innocen. *Abb. Felin. Crauet. Honded.* quod verissimum est, & sic manet illa substitutio testamenti, per quam vocatur domna Margarita, firma, & eius propositio iure optimo recepta in bonis contentis in dicto testamēto, quis enim melius potuit voluntatem suam in testamento, contentam declarare, & spiritum vitæ ei dare, quam ipsemet Petrus illius conditor, vt dicitur de Rege Ioan. declarante in testamento suo, *l. mentalem, vt per Iacob. Assaa de primogen. fol. 94. vers. & si in mente; &c.*

Modo ordine naturæ seruato, se offert capitulatio matrimonialis Ioannis, secundi filij Ioannis primi, cognomine Oratoris, quam fecit cum sua futura vxore D. Catherina de Viamonte, fuit facta 19. Augusti 1436. in villa de Olite Regni Nauarræ. Ab hoc instrumēto deducit ius suum D. Stephania, habetur enim in eo, quod Ioannes primus Pater, & Orator donat bona Ioanni secundo filio suo, sub hac conditione. *Quod filij nascituri ex præsenti matrimonio hæreditent, & succedant in omnibus bonis donatis, præferendo maiorem minori masculos, fœminis, ita, & taliter quod maior, & primogenitus habeat dicta bona, & castra, reliqui vero filij, & filia dotentur in pecunia, ad arbitrum Ioannis secundi, & iuxta qualitatem domus.* Prætendit Margarita successionem, ex hac scriptura, protrahens fideicommissum in vlteriores gradus, vltra primum filiorum, & quod appellatione filiorum veniunt omnes descendentes, quia dispositio non de certo, & determinato filio loquitur, sed de incertis, & infuturum euentum tractū successiuum, & perpetuitatem habens, & licet non sine colore aliquo procedat fundamentum hoc, ex quo ob solam vocationem primogeniti

mogeniti censetur vocati omnes primogeniti in infinitum, per rectam lineam, ac si dixisset primogenitos in plurali. Sed reuatẽtis cõsiderata contrarium resolui oportet, quia illud procedit, quando vltra vocationem primogeniti indefinitè, præ se fert dispositio perpetuitatem, atq. tractum successiuum, ita intelligunt DD. Secus autem, quando deficiunt verba tractum denotantia, & dispositio verificari potest in filijs primi gradus, tunc enim non veniunt vlteriores, nec vltra primum primogenitum ad alios extenditur, tum quia continet onus, & grauamen, & sic non extendendum, tum quia con currerent multa spetialia, scilicet inductio perpetuitatis, quam litera non sonat, deinde extensio de vno primogenito in alium, & hoc omne propter coniecturam mentem testatoris, maximè in extensione primogeniti, ad primogenitos: pluralis enim numerus non continetur, sub singulari, ex vi verbi carthæ, cui standum est, prout in terminis docent DD. præsertim, quia hæc vocatio est restricta ad filios præsentis matrimonij, & tempus præsens diuersum est á futuro. Et licet cõmuniter dici soleat, quod appellatione filiorũ veniãt nepotes, etiam si dicatur de filijs, ex suo corpore natis, vel filijs ex suo matrimonio natis, vel filijs, ex suo proprio corpore natis, nam illud est verum, quando verba referuntur ad factum naturæ, non autem ad factum contractus, nam in coutrarijs dicuntur descendentes nati ex suo corpore, de proprio corpore, ex primis nuptijs, quia omnes descendunt ex primo matrimonio, secus vbi verba limitantur; ad præsens matrimonium, quia contractum matrimonij respiciunt, non autem matrimonium simpliciter, maximè quia vocat filios præsentis matrimonij, ad succedendum in hereditate Ioannis, & Catherinæ coniugum, quod non verificatur; nisi in filijs primi gradus, quia verba illa, *bienes, y herencia del dito don Iuan*, causam immediatam denotant, futuræ vero successiones, non erunt propriæ Ioannis, & Catherinæ, licet dici soleat, quod hæres hæredis testatoris est hæres, quia illud intelligitur, quando simpliciter profertur, nomen hæres. Secus autem quando adiungitur genitiuo, veluti hæreditas Ioannis, quia tunc secus est, ex quo genitiuus, ex sui natura denotant causam efficientem, & proximam, vnde de filijs primi gradus intelligendum est, non vero de vlterioribus, maximè quia fuit expræssum nomen, Ioannis, & Catherinæ, & sic restricta vocatio.

Sed

Sed contra instrumentum opponuntur plura. Primó, quod non constat de legalitate notarij. Ad quod respondetur, quod multitudine testium probatur, quod similibus instrumentis factis, in eadem forma, quam testes viderunt, adhibetur plena, & indubitata fides in Regno Nauarræ, cuius legibus, & consuetudinibus standum est indecisiuis. Tum quia quando scriptura venit de longinquo, in debita forma sine aliquo apparenti vitio, habet præsumptionem pro se, & transfert onus probandi in contrarium. Et idem dicendum est de antiqua ob difficultatem probationis, & si scriptura insolemnis mortuo Notario probat semiplene in recentibus, quid dicendum in antiquis? Tum etiam quia producuntur scripturæ eiusdem notarij de tempore ante capitula matrimonialia, hoc est de anno 1444. originaliter productæ, & adductæ a Regno Nauarrę, ex quo remanet probata authoritas not. sine dubio, quia testes subscriptionem notarij, cum signo inducet efficacem præsumptionem pro notario. Si iungatur cum alijs scripturis eiusdem notarij præsertim, quia idem Ioannes in suo testamento facit mentionem de hac scriptura, & eam calendat, nominando eundem Santium Monarriz notarium; maximè quia multi testes de auditu maiorum, deponunt de eius authoritate. Et in quantum opponitur circa comissionem, quod non habuit eam Ioannes Lopez de Isaba notarius, ad extrahendum, & ingrossandum, respondetur, quod licet hoc verum sit regulariter, tamen fallit quando notarius Comissarius esset mortuus, & ingrossatio esset antiqua, tunc enim ei creditur asserenti, se mandatú habere. Cui non obstant aliqua exemplaria, quæ allegari possunt in contrarium, licet alijs exemplaribus contradicta, quia illa procedunt in recentibus, secus autem in antiqua ingrosatione, & mortuo notario, maximè quia hæc scriptura adducitur de longinquo, in forma probanti, vnde præsumptiuè prouát, maximè si sit antiqua. Et de authoritate notarij Ioannis de Isaba, satis constat per multos testes, & scripturas, sup. artic. 49. propositionis D. Stephaniæ. Et in quantum opponitur de defectu mandati procuratoris Bernardi Cosco, ad contrahendum matrimonium, respondetur sufficienter, quod licet mandatum nunquam præsumatur, etiam per mille annos, quia est substantia. Nec etiam creditur tenori mandati in-

ſerto in aliquo inſtrumento, vt multa exemplaria Regni clamãt, tamen illud certiſsimum eſt de iure, cui forus non contradicit, quod notario enuncianti, de mandato creditur, ex ſatis notiſsima regula, quod verba enunciatiua mandati probant illud inter eaſdem partes, & eoſdem ſucceſſores, ſecus in præiuditium tertij in recentibus, ſed in antiquis ſine dubio, inter eaſdem partes, & ſucceſſores earũ, maximè ſi procurator ex longinquo exhibeat mandatum, vt in caſu noſtro exhibuit in Regno extraneo. Imo licet aduerſarius neget, exhibentem eſſe illum, qui nominatur, in mandato præſumitur talis, alias eſſet difficilis probatio, ſatis transfert onus probandi in contrarium, ſi tamen inſtrumentum venit in debita forma ſuſpitione carens, præſertim ſi producens mandatum ſit perſona legalis, qualis erat Bernardus Coſco, milles honoratiſsimus boniſsimæ opinionis.

Deniq. tollit omnem difficultatem, quod variæ ſcripturæ faciuut, fidem & mentionem de hac capitulatione, & authoritate notarij, primo teſtamẽtum Ioannis primi, cognomine Oratoris, facit mentionem de hac capitulatione Ioannis filij, in principio ſui teſtamenti, quod teſtamentum exhibuit, & aprobauit D. Margarita, ſed magis conducit ad propoſitum teſtamentum eiuſdem Ioannis ſecundi nubentis, factum in anno 1485. vbi recitat, & calendat dictam ſuam capitulationem factam in villa de Olit, 19. Auguſti 1436. teſtificatam per Sancium Monarriz ſcribam, & ſecretarium ſereniſsimæ Reginę. Quod omne maximam præſefert imaginem veritatis. Maximè in antiquis, excedentibus memoriam hominum. Cum enim ſit factum proprium Ioannis ſecundi, quis melius ipſo potuit aſſeuerare capitulationem ſuam matrimonialem? Quæ omnia ſimul iuncta, licet aliquod de per ſe non ſufficiet, excludunt omnem dubitandi locum.

Suppoſita veritate ſcripturæ, colligitur ex ea pro indubitato, & certo; quod in vim huius capitulationis, remanſerunt omnia bona Ioannis primi patris cognomine Oratoris donata filio naſcituro ex matrimonio Ioaonnis 2. & ſic Ludouico primo, poſt modum nato ex Ioanne, & Catherina, taliter quod Ioannes pater, nec eius filius Ioannes 2. potuerunt de eis diſponerẽ, in præiuditium Ludouici filij Ioannis ſecundi, & Catherinæ, nati ex il-

lorum matrimonio. Et hoc innuunt sententiæ quædam arbitrales, asseuerantes, bona libera deuenisse in Ludouicum primum: Bona inquam quæ fuerunt libera Ioannis primi cognomine Oratoris, quæ sunt omnia bona (demptis bonis confrontatis in testamento Don Petri Signiferi; quæ ab eo emanarunt vinculata) ad iudicata Don Antonio. De quo statim verba faciemus. Ex quibus resultat, quod in vim huius scripturæ, non potuit obtinere D. Margarita, in bonis liberis Ioannis Oratoris, quia vinculata fuerunt per eandem capitulationem in fauorem filij primi gradus tantum, & sic Ludouici primi, in quo spirauit illud vinculum.

Superuenit postea testamentum Ioannis primi, cognomine Oratoris, & patris Ioannis secundi, qui fecit testamentum suum, immemor quod omnia bona sua vinculauerat in capitulis matrimonialibus filij sui Ioannis, in fauorem filiorum primi gradus, & sic Ludouici primi. In hoc se fundat etiam domna Stephania, & in eius locum domna Margarita, de cuius testamēti clausulis, vinculis, & tenore non est agendum, cum illud habeat vulnus insanabile. Caret siquidem testibus, sine quibus; instrumentum caret omni forma. Nec rogitum dicitur habere, vt dici posit non reperiri corpus instrumenti, etiam in solemnis. Et licet in testamento Ioannijs filij sit enunciatum, & etiam testamento Ludouici primi nepotis sui, adhuc non conualescit, quia relatio non est certa, ad hoc nullum testamentum, per demonstrationes certas, & indubitatas, calendando diem, mensem, annū, Notarium, & rem ipsam: Sed per relationem quandam generalem & in certam. Et relatio referri debet ad vincula in eis posita valide, & cum effectu: Et quando illud testamentum esset validum, parum prodesset D. Stephaniæ producenti: maximè enim, cum in eo sint coniecturæ agnationis, & fortissimæ, quæ eam exclusisse viderentur, stantibus descendentibus masculis ex ipso Oratore, vt exiltum. Et Antonius, & Petrus, non se possunt iuuare, ex hoc testamento, nec vim in eo facere. Quia illud impugnant, ab artic. 80. propositionis Antonij, cum sequentibus, & dicunt nullum: est enim certissima iuris conclusio, quod si produco contra te instrumentum aliquod insolemne, & tu illud impugnas, vt nullum, & minus solemne, non poteris iuuare te illo, licet in aliquo faciat pro te, quia impugna-

pugnasti, tanquam non solemne, & nullum. Deinde non potuit orator, de bonis semel donatis Ioanni filio, disponere, quia quando donauit reseruauit facultatem disponendi in certis casibus, qui non euenerunt, extra quos casus, remansit prohibitus.

Non obstante tamen, quod iam hæc bona Ioannis primi Oratoris essent vinculata, in fauorem Ludouici nepotis, & filij Ioannis secundi disposuit, de eis dictus Ioannes primus in suo testamento, quod fecit in loco de Yxar prima Iulij, anno 1485. *in quo reliquit vxorem suam dominam Maioram, siue vsufructuariam bonorũ, & post mortem suam voluit, quod bona perueniant, & reuertantur in Ludouicum, quem in dictis bonis hæredem facimus vniuersalem, cum hoc tamen pacto, & vinculo, quod post dies Ludouici, dicta castra, & bona veniant, & perueniant in Ioannem tertium nepotem nostrum, & eius descendentes masculos legitimos, & de legitimo matrimonio procreatos; & deficiente illo, & descendentibus suis masculis legitimis; & de legitimo matrimoni, procreatis, quod dicta castra reuertantur, & perueniant in d. Iacobum filium nostrum, & suos descendentes masculos de legitimo matrimonio procreatos, &c. & ab inde mandamus seruari vincula posita in testamento Patris nostri, scilicet Ioannis Oratoris, quæ hic habemus pro expræssis.*

In hoc testamento constituit primum fundamentum suum D. Antonius de Yxar, & etiam D. Martinus de Bolea Marchio de Torres, fundat in eo ius suum, & intentionem, dicentes ambo, quod sunt descendentes masculi, don Ioannis testatoris, Antonius vt agnatus, Martinus Marchio, vt cognatus descendens, cum appellatione masculorum, veniant hic masculi, ex fæminis, præcipue in Regno, vbi statur carthæ. Dissidentes tamen inter se, quod Marchio proximiorem gradum occupat respectu vltimi Ducis, quam Antonius, & sic dicit, se potiorem in iure. Intendunt ambo excludere filiam vltimi possessoris, tamq. fœminam: cum primo loco vocati sint descendentes masculi Ludouici, & Iacobo filij, & post eos fœminæ, prout in testamẽto patris Oratoris, ad quem se retulit. Si tamen relatio potuit operari, vt supra dixi, multa veniunt cõsideranda in hæc scriptura. Primo, an appellatione masculorum, veniant masculi ex fœminis, prout est Marchio. Nam cum toties repetita sit mentio masculorum, esset multum disputabile in terminis iuris, an foret intelligendum de masculis agna-

tis

tis, prout est Antonius (in quo nulla cadit dubitatio, quantum ad hanc qualitatem cum agnatus sit) an vero etiam de masculis cognatis, propter theoricam Richardi Malumbren. Cuius doctrina malle intelecta, torquet, & contorquet aduocatos, & tribunalia omnia, cum tanta mole indigesta, doctorum, & scriptorum, vt vix pax facta sit apud intelectiuos. Sed veritas est certissima, quod etiam de iure, veniunt appellatione masculorum descendentium masculi, ex fœminis. Quia sunt masculi, & sunt descendentes, & hoc vbi non contemplatur agnatio, & contrarium sentire, esset mente laborare: Vbi autem contemplata esset agnatio, non veniret sine dubio. Circa autem contemplandam agnationem, est altum pelagus, in quo semper est attendenda prudenter voluntas testatoris, tanquam Regina, nec certa regula dari potest.

In Regno tamen est citra omnem dificultatem, quod venient masculi ex fœminis: Quia cum stetur cartæ, & prohibita sit interpretatio restrictiua, quia offendit cartam generaliter loquentem, dici non potest, quod masculus agnatus, magis masculis sit: quam cognatus, & magis descendens, quam iste alius elegantia verba sunt, *Fabri dicentis, numquid masculus agnatus, magis est, ex liberis an magis masculus, & cur hanc dictionem simpliciter prolatam, & aptam a sui natura comprehendere omnes masculos restringere, volumus ad agnatos masculos. Hoc est diuinare, suplere, & vim apertam verbis facere, cur non dixisset disponens si voluisset.* Quod sequuntur infiniti DD. adeo vt hæc dicatur verissima conclusio, ab omnibus recepta omni dubio carens, vbi agnatio aperte contemplata non sit, & aliud sentire, esset maximus error. Sed quamuis hoc de iure fluctuet per manus male intelligentium, qui non distingunt, tamen in Regno Aragonum, vbi statur carthæ, vnus solus non reperitur, qui negatiuā teneat: Imo omnes vno ore fatentur affirmatiuam, vbicumq. statur carthæ, & ad literam, & seclusa coniectura, solus voluntatis verbis apertius destitutæ, *Bal. post Iacobum Butrigar.* Ratio est, quia agnatio præsumpta, non est de cartha, nec secundum literam, vt dixit Bartholus, multi alij possent allegari, in hunc finem, quos refert *Alex. Rauden. cons.* 35. Loquens de nostro Regno, dicens esse hoc sine dubio: *sequitur Mol. in verb. forus, nu.* 50. ex quo sequitur, quod in Regno nō datur tacita vulgaris: nec tacita pupillaris, quia sola

coniectura deducuntur. Et sic quantum ad hanc qualitatem optimo iure includitur Marchio, sicut & Antonius. Sed ex alio videntur ambo excludi, quia scilicet Ioannes secundus testator, nõ habuit facultatem disponendi de ijs bonis; cum iam Ioannis primus, pater eius, in vita, & in capitulis matrimonialibus Ioannis filij, cum domna Catherina de Viamonte celebratis, ea omnia bona, & castra donasset, partim in vita, partim post mortem, filio Ioanni, vinculando omnia in fauorem nepotis, qui fuit Ludouicus 1. vt pater in clausula: *Item es concordado, que los fillos que saldrã del presente matrimonio, hereden, e succescan en los bienes, y herencia de los dichos contrayentes matrimonio, assi empero, que el mayor aya todas las villas, castillos, e lugares, &c.* Ex quibus verbis manifestissime resultat, quod nulla remansit Ioanni 2. potestas disponendi de bonis, nec in vita, nec in morte, cum iam multo ante essent vinculata in fauorem filiorum suorum, per Ioannem primum Oratorem eius patrem, & sic in dicta scriptura male videntur, se fundare Antonius, & Marchio. Neque deffectum talis potestatis, possunt supplere, disposita in testamento Ludouici filij de anno 1517. in illis verbis: *Los quales dichos bienes sean vinclados, segun parece lo son por los testamentos de nuestro padre, y abuelo, y en lo por aquellos vinculado, aquello queremos, y es nuestra voluntad se serue, &c.* Ex quo multo ante anno scilicet 1513. idem Ludo. 1. in capitulis matrimonialibus nepotis sui Ludouici 2. cum Domna Beatrice de Alagon, fecerat donationem omniẽ bonorũ, in fauorẽ dicti nepotis, & suorũ descẽdentiũ masculorum, constituendo maioratum agnationis in amplissima forma, in fauorem filiorum nepotis masculorum, & in eorum deffectum vocat Alphonsum, Petrum, Ioanem, Carolum, & eorum filios masculos descendentes: vocando post omnes masculos fæminas. Stante igitur hac donatione anteriori capitulorum matrimonialium Ludouici 2. si illa substineri possint, vt videtur, neque in forma instrumentali deffectum patiantur, de quo suo loco dicemus, sequitur manifestissimè, quod non potuit postea Ludouicus 1. in suo testamento reualidare vincula posita in testamento Ioannis 2. patris, & Ioannis 1. aui eiusdem, & quando potuiesset, remaneret æqualiter approbata vincula patris, & aui, ad quæ se refert, cumq. in testamento aui Oratoris, videatur expræssa mani-

manifesta agnatio, nihil prodesset Marchioni, hæc reualidatio. Nec dicatur, quod in ordine ad Oratorem non est certa relatio, & specifica, quia vnica relatione vniformi se refert Ludouicus ad testamentum patris, & aui, nec magis certa est, vna quam alia relatio, & si quoad patrem valitura est, valebit etiam quoad testamentum aui. Nec obstauit quod illud sit nullum, ob deffectum testium, quia relatio aprobatiua non se refert ad instrumentum, sed ad contenta in eodem, quæ sanare potuit, vt dixi in testamento Petri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Signiferi.

Sed quando (sine præiuditio veritatis) diceremus potuisse Ioannem 2. disponere de dictis omnibus bonis effectiuè, adhuc agentes, cum eo testamento non possent obtinere. Videntur enim descendentes (in quorum numero agentes comprehenduntur) vocati solum per vulgarem, non vero per fideicomissariam, quod si ita esset, prout videtur aditione primi vocati, expirasset vulgaris, quoad omnes, & remanent exclusi, hæc est materia Cumani, & Pauli, inuoluta infinita allegationum copia, ob quod duobus, aut tribus fundamentis nos expidimus, breui sermone.

Et primo, quia pars aduersa, non sine ratione, & proposito considerat, vxorē suam, dominam, & vsufructuariam, & per consequens hæredem vniuersalem bonorū, & sic Ludouicum eius filium vocatum esse per fideicōmissum, & ab hærede matre accepturum hæreditatem. Ex quo optimum deducit argumentum, dicendo, si prima & vltima substitutio sunt fideicommissariæ, eiusdem qualitatis erit substitutio Ioannis, & descendentium, in medio constituta. Hęc argumentatio, secundum Menoch. fortissima foret, si superior propositio subsisteret, qua propter aduertendum est, quod de iure ex sententia Baldi, vxor domina, & vsufructuaria relicta eius vita durante, censetur esse hæres vniuersalis in proprietate, & vsufructu, eius vita durante, post eius verò mortem censetur grauata restitnere secundo hæredi instituto, taliter quod vxor sic instituta, eius vita durāte erit hæres pleno iure, quoad proprietatem, & vsumfructū, & hæres post eius mortem institutus, si prædecedat, non transmittit hæreditatem ad hæredes suos, & in hoc concordant Bald. Imola, & omnes, in alio tamen differunt, quia Imola non facit eam hæredem vniuersalem pleno iure, sed certo modo præcedente prius hærede, sibi

substi-

substituto, *in l. filius a patre, de liberis, & posthumis.* Sed quidquid sit, illa Baldi opinio, quam sequuntur plures in hoc, quam Imolæ opinionem, procedit tamen de iure communi, & est ratio, quia post aditam hereditatem pagano, non potest directè substitui, & qui semel fuit hæres, non potest amplius desinere esse hæres, ita vt alius sit directo hæres, nec potest dicere pro parte testatus, & pro parte intestatus, quod incōueniēs sequeretur, si instituto, secūdo loco hęres post mortem vxoris directo succuderet, quia eo repudiāte, decederet testator pro parte testatus, & pro parte intestatus: quod omne non habet locum in testamento militis, *vt traditur in l. Centurio de vulgari*, & sic nec habebit locum in Regno, vbi testamur iure militari, & potest vnusquisque hæredem ad tempus facere, & post tempus alium, & decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, & sic directo capimus in Regno, ex obseruantia Regni, secundum practicā glossatorū, nec hoc casu, illud verbum, *heredero vniuersal*, directum erit obliquandum, ex quo materia non repugnat, & quia directa substitutio, quæ à principio potest valere iure directo, nunquam obliquatur, *secundum Aretin. in §. quidam recte*, dicentem impossibile esse, quod institutio facta per verba directa, obliquetur, quando directo valere potuit à principio. Et sic concludendum est, Ludouicum non capere iure obliquo á matre, sed venire directo, tanquam hæredem vniuersalem, sequentem vero substitutionem, qua post mortem Ludouici vocatur Ioannes, & eius descendentes est prima substitutio fideicomissaria, & sic nunquam dici potest, quod descendentes sint in medio duarum fideicommissarium, prout existimarunt DD. exteri, ignari consuetudinis huius Regni alias deducentes, satis validam coniecturam.

Restat nunc videre, an descendentes, qui vna cum Ioanne vocati sunt post mortem Ludouici, veniant per vulgarem, an vero per fideicommissariam? articulus magis perplexus, quam difficilis, dubius tamen confusa Doctorum allegatione, sine distinctione procedentium, quanto melius veritatem amplecteremur, si ad veterem, sanam sinceramque doctinam antiquorum, & limpidissimos illos fontes, omissis turbidis ribulis, oculos duceremus. In casu præsenti est aduertendum, non loqui quando simpliciter descendentes, vel plures siue gradus, siue personæ, sub nomine collectiuo vocātur, sed sumus in spe-

in speciali casu,quo post mortem Ludouici vocantur Ioannes, & eius descendentes,& sic copulantur descendentes cum Ioanne, & copulati vocantur. In hoc casu duplex indigatio se offert. Prima, an Ioannes,& etiam descendentes veniant in ordine ad substitutionem,per vulgarem, seu fideicomissariam: Secunda inuestigatio, an casu,quo successio deueneret ad priores descendentes,detur etiam inter eos successio fideicommissaria,an sola vulgaris?in prima indagatione dicendum est,quod in ordine adLudouicum,tam Ioannes, quam descendentes veniunt per fideicommissum,suis casibus respectiuè,de Ioanne non est dubium,quia venit post mortem Ludouici,mortis enim conditio inducit compendiosam,& vtrumq. tēpus, & sic vulgarem ante aditam,& fideicōmissariam post aditam comprehendit,& idem est dicendum de descendentibus, quando intrassent in locum Ioannis,pervulgarem:nam in ordine ad Ioannē vulgariter vocantur, vt si Ioannes non adierit intrent ipsi in eius locum,occupato vero illo loco,succederentLudouico per fideicommissariam.Hæc est solida doctrina,quam in similibus terminis tradit Ruinus. Sed an descendentes in ordine ad Ioannem,vocentur per fideicōmissariam,taliter quod Ioannes censeatur grauatus restituere descendentibus hæreditatem, vel quod eo adeunte expirauerit substitutio illorū,hoc opus hic labor est. DD.varijs argumentis,& rationibus se contorquent,sed in hoc passu verior est sententia,*Cumani,in §.quidam recte*,etiā non data necessitate causatiua instituendi,quod scilicet veniant per vulgarem tantum, & adeunte Ioanne expirauit,quoad descendentes, & loquitur Cuman. quando vocatur frater,& eius descendentes per fideicōmissariam, quod testator se consuluisse,cum dominoFulgosio,& hoc etiā tenet Paulus ibidē & Ias.qui de cōmuni dicens omnes ita tenere in omni nomine collectiuo,&non solum vocatio fit directè,quo casu nulla videtur dubitatio,*Deci.de comuni,cons.1.n.237.vers.secundus casus,vbi multi,&* *n.187*.est verum quod loquitur,vbi vocantur solum frater, & filij, siue directè, siue per verbum commune, quod apud omnes est sine dubio.Imo dicit Decia.ibidem licet substituat fratrem filios,& nepotes,quia hæc verba non habet tractum plurium graduū, sed sunt terminata ad duos gradus,nu.244. 253. quo casu dicit venire per vulgarem. Non solum igitur his casibus veniunt per vulgarem,vbi

limitati sunt gradus ad filios,& nepotes, qui possunt per possibile concurrere,& vbi directo simpliciter vocantur,sed etiam si vocentur per verbum commune. Quam sententiam sequuntur plures numero DD. Et maxime procedit hoc,quando substitutio fit per verba directa, quæ nunquam obliquantur, si semel iure directo valere potuerunt. Et licet aliquādo contrarium suadeant coniecturæ,illud à sola mente procedit,potius quam a verbis,secūdum Gratian. vbi sup.n.2.quod in Regno facile non admittitur. Et licet aliquando allegentur aliqua iura in contrarium, illud procedit dato aliquo adiuncto tractus futuri temporis,inter ipsos descendentes posito, vel quando iam fideicummissum debito modo formatum est, comprehendens successiue omnes de familia, quo casu iura quo admodum succedendi tantum,dant formam, *vt in §.in fideicommisso.* Secus autem quando copulatiue veniunt descendentes, quia tunc necessario debent venire per vulgarem. Ratio est manifesta,quia de natura copulæ est copulare,æqualiter simul,& eodem tēpore, taliter quod filij,& descendentes,vna cum patre vocati,per fratrem testatorem, attenta natura copulæ concurrere, simul debuissent in substitutione: sed quia propter ordinem affectionis ordinatæ,in qua versamur & quia impossibile est omnes descendentes venire eodem tempore illa copulatiua debēt degenerare,& resoluitur in disiuntiuā,ideo successiuus ille ordo in sensum vulgaris interpretatur, prout contra Deci. resoluunt DD. Soci. & alij, vt sic minus derogetur naturæ copulæ,si intelligamus de descendentibus, qui erunt tempore venientis fideicommissi, cum verificetur in eis verbum descendentes, qui vnius gradus sunt,non dato adiuncto tractus,quod in fideicommissaria non ita est,cum simul venire non possint, & magis obuietur copulæ. Et licet aliqui dicant,hoc esse intelligendum cum filijs fratris,& etiam nepotibus, qui simul cum eo concurrere poterant, & secus in alijs descendentibus diuersorum graduum,qui simul & eodem temporre concurrere non possunt,& sic successiue debent venire, & per fideicommissum, vt sic omnes capiant, *vt cum multis tenet Decia. vbi sup. n. 245. vers. quinto casus.* Ad hoc respondetur dupliciter. Primo, quod Ruinus loquitur etiā in filijs, & nepotibus, quem in hoc sequuntur, Alex. & grauissimi alij. Secundo, quia secundum Gratian. descendentes sunt eiusdem gradus,non dato adiuncto habente

bente tractum, & sic eodem tempore intelligi debet, *secundum Cuman. quem allegat in §. in fideicomisso*, vt sic videatur censitum de omnibus descendentibus existẽtibus tempore cedentis fideicõmissi. Et licet *Decia. cons. 1. a n. 255.* cum multis sataget probare contrarium; non tamen videtur bene fundare, nec ad copulatiuam respondere, nisi tantum ad effectum inducendi vocationem successiuam tantum, non autem quod sit fideicommissaria, est videndus omnino *Petrus August. cons.* 80. disertissime resoluens pro hac parte dicens, quod vbi vocantur proximiores soli, vel copulatiuè, post aliquem, tunc si inter illos collectus, non adsit aliquod verbum denotans tractus temporis, non aderit fideicommissaria, sed sola vulgaris, vt sic primis admissis, cæteri excludantur.

Ad 2. vero inspectionem, vbi quæritur, an inter vocatos collectiue detur fideicõmissum de restituendo de vno in alium, respondetur, quod non. Ratio est, quia liberi, & descendentes positi in altera parte copulæ debent considerari respectu solius, copulæ, & non respectu ipsorum inter se, sicut compromissum factum inter Petrũ, ex vna, & decem personas ex alia parte, nam tunc tale compromissum non operatur, quoad illos plures inter se, sed solum inter corpora compromitentia, *ex sententia Butr. Aliat. & aliorũ.* vt in terminis ita decidunt grauissimi DD. licet contra dictore non careat. Et sicut Ioannes non fuit grauatus, erga descendentes onere fideicommissi, sic nec ipsi inter se: hanc opinionem, & aliam etiam quando agitur respectu primi vocati ad alios descendentes vocatus in 2. gradu (licet tribuatur Cumano) tenuit primus omnium *Bart. in d. §. quidam recte, vers. nõ obstat lex peto.* Cui opinioni consonant infiniti illi DD. qui in simplicibus terminis fideicommissi relicti familiæ agnationi, liberis antiquioribus descendentibus, & similibus, concedunt solam vulgarem. Item & illi qui inter Petrum, & descendentes substitutos Titio, nequaquam fideicommissum concedunt, sed solam vulgarem, qui & verissimã & receptissimam prædicant, & facit quia in fideicommisso relicto post mortem plurium, non resultat inter eos aliquod fideicommissum, *Alex. in l. penul. col. 6. vers. in fideicommisso, C. de impuber. & alij grauissimi DD.* dicentes, quod tunc vocantur descendentes actiuè, & non passiue inter se quibus non respondet, *Decia. a n.* 338

imo

imo fatetur verum esse, id quod dicimus: fundat enim opinionem suam in alijs coniecturis, de quibus ibi, non soluens hanc difficultatem, seclusis sui coniecturis.

Allegati solet contra superiora, quodam exemplum Petri de Agreda, de anno 1571. 31. Octobris, vbi Bartholomeus Tena, instituto filio Bartholomeo, substituit eidem decedenti sine filijs, aut cum filijs, qui minoris ætatis decederent, Thomasium alium filium si viuus esset, aut suos descendentes. Euenit quod prædecessit Thomasius, relicto solo nepote Petro de Agreda, deinde decessit Bartholomeus hæres sine filijs, successit ei Petrus de Agreda, & iustissime, quia per prædecedentiam Thomasij aui sui primi substituti descendentes ab eo erant ingressuri in eius locum per vulgarē, vt dixi in superioribus: quia eius respectu erāt vocati per vulgarem accepto, tamen illo gradu Thomasij, necesse erat succedere Bartholomeo hæredi decedenti sine filijs per fideicommissum, vt per Ruin. in superioribus allegatum: vnde in hoc casu, descendens Petrus nos succedit Bartholomeo, per viam fideicommisi, capiendo a Thomasio primo substituto, quasi grauato illis restituere, sed quia cum Thomasius fuisset præmortuus, primus substitutus tempore cedentis fideicomissi, fuit necesse intrare descendentes in eius locum per vulgarem, & succedere in medietate hæredi per fideicommissum, & hoc declarant illa verba vinculi, & licet noluerit testator grauare Thomasium, per viam fideicōmissi absoluti respectu suorum descendentium. Ecce quomodo Thomasius ex voto testatoris non remansit grauatus in fauorem descendentium suorum (in aliquo postea se inuoluit illud motiuum) sic de iure fieri oportebat, ex quo per disiunctiuam vocabantur Thomasius, & descendentes, & sic ille ordo successiuus erat per vulgarem, vt fatentur contra Dec. omnes DD. Iam ex his resultare videtur, quod partes omnes in hoc testamento Ioānis 2. non possunt fundare ius suum: Tum quia non potuit de bonis disponere: Tum quia vocatio descendentiū videtur (licet nō sine contradictione magna) per vulgarem, & sic expirasse, & per consequens deueniendum est ad dispositionem Ludouici primi, in quo Antonius fundat ius suum. Apud quem bona hæc (demptis bonis Petri Signiferi) deuenerunt libera. Hic in suo testamēto

1517.

1517.vocabit masculos descendentes Ludouici secundi, in eorũ defectum fratres Ludouici 2. Alphonsum, Petrum, & alios fratres & eorum filios, & descendentes masculos legitimos per rectam lineam, & in bonis quæ ipse reputabat libera (licet erroneè) facit simile vinculum per rectam lineam, vocando descendentes masculos per rectam lineam, & his deficientibus, vocat in his bonis, liberis proximiorem consanguineum de nomine, & insignijs de Ixar, &c. si hic Ludouicus valide donauit omnia castra, & bona Ludouico 2. in capitulis matrimonialibus, vt supradictum est, super vacanea est hæc dispositio, de quo ibi videbimus: sed casu quo potuerit, videtur constituisse maioratum, vocando successores omnes masculos, de maiori in maiorem, per rectam lineam in posterum. Quod si ita est, illa conditio, si Ludouicus morietur sine filijs, & eius defectus per eorum existentiam, non videtur rumpere fideicommissum, in dispositionibus succesiuis, & perpetuis, licet non sint maioratus, cum aduersetur naturæ, ac perpetuitati maioratus, & fideicommisi perpetui, & est repetenda dicta conditio perpetuo, iuxta natura dispositionis, ex sola perpetuitate succesionis, & fideicommisi, licet non sit maioratus. Quod licet videatur aliquo modo sapere naturam repetitionis, non incõuenit, cum resultet a natura actus, ac verbis dispositionis, *Molin. de primogen. lib. 1. c. 6. a num. 16.*

Deinde quia conditio loquitur per verbum permanens perpetuum, veluti si non remanebit filius, ibi: *si no los huuiere, &c.* quæ verba tractum, ac perpetuitatem in tempus futurum habent, vt sic non debeant vnico actu expirare.



Sed quando hæc non includerent Antonium, & Petrum, non videtur quod possunt prodesse Marchioni: qui licet descendens sit á stirpe & prosapia Ixarensium, non tamen dicitur de eorum recta linea: nec de linea attenta significatione verbi, de quo DD. abunde scripsere D. Elena de Yxar auia Marchionis, & filia Ludouici secundi, licet ipsa esset agnata, & de linea Ixarensium, tamen constituit nouam lineam, scilicet mariti Comitis Fontani, N. de Heredia, & propriam suffocauit, cuius etiam familia D. Anna de Heredia nupta, D. Martino de Bolea patri Marchionis, similiter mutauit lineam suam, & nouam constitui, scilicet de los Boleas,

ſunt enim tales finis agnationis, & principium cognitionis, & deſcendentes ab eis, non ſunt de linea patris earum, ſed de linea mariti earundem, *vt tradunt DD. Caſtr. conſ.* 111. *nu.* 3. *&* 4. *in prin. Bart: conſ.* 10. *Pereg. art.* 26. *num.* 31. qui alios referunt, vnde remanerent bona hæc libera apud Ludouicum ſecundum nepotem ſuũ in vim dicti teſtamenti, in quo fuit hæres inſtitutos, tamq. maior alijs fratribus nepotibus Ludouici teſtatoris. Hic autem Ludouicus primus multo ante, ſcilicet anno 1513. donauerat bona Ludouico 2. in capitulis matrimonialibus dicti Ludouici 2. cum amplisſimis vinculis agnationis, ad omnem ſuam, & ſuorum Ixarenſium propagationem amplectendam, cum mille clauſulis, taliter quod in hoc nulla dubitatio poſsit moueri, cum quo titulo ſe includit Antonius. Sed oponitur de defectu ſolemnitatis, quia cum hæc capitula eſſent teſtificata per duos Notarius ſimul communicantes, non fuerunt poſt extracta, niſi per vnum Commiſſarium, vnius ex dictis Notarijs, cum deberent extrai ab ambobus rogatis, vel ab ambobus Commiſſarijs eorundem. Hæc opoſitio vult deperire fidem publicam, & veritatem rei geſtæ, errore, vel potius obliuione Notariorum, & ſic in quantum iuridice poſsit iuuanda, & corroboranda venit: iuxta votum Panormitani, & videtur quod non obſtat obiectum: adeſt enim ibi clauſula, dans facultatem vnicuiq. extrahendi, & leuandi inſtrumentum, quæ tamen licet apertior fieri potuiſſet, potuit prouabiliter dare ocaſionem vni Notarium, ſic intelligendi, & extrahendi actum vere celebratum, Deinde, quia inſtante, & petente vna parte, vel partibus litigantibus exhibere inſtrumentum originale dictorum capitulorum. Et ſic exhibuit D. Antonius inſtrumentum originale, extractum per duos legitimos Notarios, indebita forma, quo ſi in tempore fuiſſet exhibitum, omnem difficultatem remouiſſet, cum vero ad inſtantiam partis aduerſæ fuerit exhibitum, tanquam vera nota antiqua deperdita, dici poteſt de tempore, & intra tempus exhibitum, cum non ſit noua res, nouum inſtrumentum, ſed idem cum exhibito, qualificatum tamen, quod licet facere, etiam vbi non licet de nouo deducere, & extra tempus, vt in cauſa appellationis deducere confirmationes ſtatutorum exhibitorum in prima inſtantia. Deinde, quando exhibitio illa fit per factũ aduerſarij

ſic petentis,ſibi imputetur,cumq. veritas rerum geſtarum,erroribus, & obliuionibus Notariorum non debeat perire, iuſtiſsimum videtur ſufficere veritatem,ſic adiunctam iuridice ad amplectendum illud inſtrumentum.

Sed tranſeat,quod non valeat,ſaltim potuit Ludouicus 2.diſponere de caſtris,tanquam apud ſe liberis:quod ſic fecit in capitulis matrimonialibus Ioannis 4.filij ſui,cum D.Eliſabeth de Eſpes, anno 1538. vbi in ampliſsima forma conſtituit maioratum agnationis inter deſcendentes Ioannis filij, & indefectum illorũ, vocando alium filium ſuum, Ludouicum ſcilicet,& eius deſcendentes,& in illorum defectum,fratres ſuos Alphonſum,Petrum, Carolum,& eorum filios & deſcendentes in perpetuum. Et hæc pacta carent vitio nullisatis,& vocant ſolos agnatos in primo loco,& ſic includunt Antonium,& Petrum,& excludunt Marchionem cognatum. Et licet dicatur,quod non potuit ea bona vinculare, ex quo per forum vltimum de iure dotium, ſunt vinculata, in cuius fori inſtitutione aſtitit Ludouicus 2. & ſic videtur ſibi præiudicaſſe? obiectum hoc facile ſubuertitur: Primo, non conſtat ibi interueniſſe Ludouicum. Secundò, forus ille non vinculat bona,ſed prohibet dotationes,& alienationes cauſa dotis,vltra certam quantitatem in bonis vinculatis, reſtringendo illam diſpoſitionem , ad illas octo domus,de quibus ibi.Deniq. vnum diſponit,aliud præſupponit, vulgare eſt in iure, quod illud præſuppoſitum eſt prius probandum,iuvta gloſſam cõmunem.Deinde hic apparet de contrario,quia non ſemper fuerunt vinculata, & vbi fuerunt,fuit in fauorem agnationis , tam per teſtamentum Ludouici 1. quam per pacta dotalia Ludouici 2. & Ioannis 4. At hic poteſt forus intelligi de vinclis contrauentionis, cum generaliter loquatur,quo caſu intra contemplatos potuit Ludoui.2.diſponere;deinde potuit eſſe vinculum electiuum, & ſimiliter eſſet locus diſpoſitioni Ludouici, & ſic parum ob eſt illa obiectio. Ex quibus omnibus ſic per gradus diſcuſis , & examinatis , reſultat quod in his bonis nullam habeat fundatam intentionem Marchio,ſed ſolũ Antonius,& Petrus,qui cõtendũt inter ſe,depotiori iure, & certum eſt , Antonium priorem in gradu , & tempore, cum deſcendat ab Alphonſo fratre Ludouici prius nato , quam

Petrus

Petrus alter frater, proauus Petri litigantis.

Sed iste Petrus, opponit de statu legitimitatis Antonij, dicens eum non esse natum ex legitimo matrimonio, sed potius adulterinum, ex Alphonso, & Gratia Sancho vxore Martini Lopez, habitum ex ea viuente marito, super quo innumeri testes, pro vtraq. parte producti fuere. Sed Senatui visum est, & bene iudicare pro Antonio bene fundato in iure suo, tam super statu legitimitatis, quam etiam super cōtractu matrimonij, celebrati in villa de Yxar: probauit enim fere per octuaginta testes in hoc processu, & per quam plures alios receptos in alijs processibus ad futuram rei memoriam, se esse, & fuisse filium Alphonsi, ex suo legitimo matrimonio contracto, solemniter in debita iuris forma cum Gratia Sancho, mortuo eius marito Martino Lopez, & deponunt testes de reputatione & fama, & de auditu maiorum suorum nominando eos: & præsertim multorum, qui fuerunt de eo tempore, & cognouerunt coniuges, & sic concluserunt de tempore illi maiores, quod ad probandam legitimitatem de iure sufficit, & concludentissima est Probatio. Imo in spetie concludenter probauit, patrem suum Alphonsum contraxisse matrimonium cum Cratia Sancho, in villa de Ixar, mortuo primo marito, legitimè, & in debita iuris forma, post annum 1530. taliter quod non docto de cōtrario remaneret probatus titulus legitimus veri matrimonij, vltra tractatus, & quasi possessionem legitimitatis, quod per contrarias probationes non fuit eneruatum, nec concludenter impugnatum, vt dicetur. Omitto, quod quælibet coniectura facit præsumptionem pro matrimonio: omitto etiamq. in dubio pro matrimonio est iudicandum, in tantum, quod pro sustirendo matrimonio, præsumitur reiteratio, & pluralitas actuum, vt sic testes reducantur, ad concordiam, & non contradicant. Omissis his omnibus spetialibus iuris, super dicta probatione, remansit probata concludenter intentio Antonij, tam in titulo, quam in quasi possessione legitimi matrimonij. Sed contra eam opponebatur fortissimè triplici argumento. Primo, quia per multos testes probauit Petrus, quod post natiuitatem Antonij, adhuc viuebat Martinus Lopez, primus maritus Gratiæ Sancho (quem Antonius dicebat decessisse anno 1530.) & quod sic erat natus

natus ex adulterio. Hoc autem deducebat Petrus, per argumentationem retrotrahendo memoriam, quam testes dicebant se habere, & cum illa retrotractio memoriæ non attingeret dictum annum trigésimum, sed finiretur in anno 1536. aut 1537. parum plus, vel minus, quo tempore dicebant illi antiqui testes, quod cognouerant dictum Martinum Lopez, ex quo sine replica resultabat adulterina natiuitas Antonij. Sed ad hoc fuit responsum, quod dicti testes dicebant se habere tantam ætatem, & plus, & tantam memoriam, & plus, & quamquam testes sic deponentes nihil probent, nihil concludant circa dictionem plus: taliter quod si quis vellet per dictiones illas super addere aliquod tempus, vbi certitudo requiritur, nihil ageret, tamen ad saluandam probationem Antonij, de certo & terminato tempore factam, operatur illa dictio (plus) non ad probandum aliquid, sed ad euadendum restrictionem, & limitationem testium aduersantium, in quantum illi protrabunt memoriam suam, vsq. ad tempus 1537. quo tempore dixerunt, se vidisse Martinum maritum. Nam replicat ad hoc Antonius, cum Paulo de Castro, quod ex quo testes dixerunt tantam memoriam, & plus, possibile fuit attigisse annum 30. & sic sensisse testes, dum talem dictionem apposuerunt, notabile dictum Pauli Castrensis.

Obijciebat secundo Petrus, quod cum testes, omnes Antonij duo dicerent; vnum de certa scientia, aliud de auditu maiorum, in hoc posteriori dicto in quantum dicebant testes Antonij, fuisse natum Antonium in villa de Samper, post anum 1540. Conuincebat, inquam, eos Petrus de falso, in hoc secundo dicto, & hoc per validissimas probationes, tam testium, quam per scripturas publicas: & sic cum in parte essent falsi, videbatur eos esse falsos in totum, in quantum deponebant de reputatione, & statu legitimitatis. Sed hoc contrariũ minorem vim habuit: quia secundũ dictũ depossuerunt testes Antonij de auditu tantum maiorum, non asseuerãdo, asserãdo, & affirmando illud, & stat verum, quod audiuerunt aliquid a maioribus dici, & quod illi maiores falsum dixerint, ego autem, nec periurus, nec falsus ero: notabile dictum Ioannis Andreæ, dicit enim per eum textum, quod qui facit duas positiones contrarias, erit periurus, & incurret pœnas periurij, & ob id in eo textu non fuit confirmatus

matus quidam Prælatus, quia isto modo erat periurus: fecerat enim contrarias positiones, rationem asignat Ioannes Andreæ, quia ponit, & facit positiones, asseuerat, & affirmat eas, tanquam veras, & secus erit in eo, qui facit articulos tantum, quos probare intendit, quia ex quo eos non asseuerat, nec afirmat, non erit periurus, licet faciat contrarios articulos. Sic in casu nostro, illi testes non asseuerant, neq. affirmant dictum de auditu, tanquam verum, sed quod sic audierunt, & sic non sunt falsi.

Tertio, obijciebat Petrus, quod in anno 1540. contraxerat matrimonium Alphonsus, & audiuerat Missam nuptialem, & fecerat pacta dotalia in villa de Samper de Calanda, & hoc probauit: quod arguebat antea non fuisse contractum matrimonium, quo tempore constabat iam fuisse natum Antonium, & per consequés eum natum ante matrimonium contractum. Respondebat Antonius, & bene quod hoc argumentum procedit in dubio, & præsumptiue, hic autem sumus in claris, quia constat contraxisset matrimonium legitime, annos ante in villa de Yxar, & sic cessat contraria præsumptio, secundum DD. maxime quia si de facto reiterauit matrimonium, Missamq. nuptialem audiuit, hoc fecit: vt satisfaceret statutis ordinis S. Iacobi Spatæ, quæ requirunt licentiam a Magno Magistro, ad contrahendum, & sic anno 1539. obtinuit licentiam ab Imperatore, ad illum actum, qui non potuit primo matrimonio, nec filijs natis, & nascituris præiudicare. Deinde quia non possumus de iure, de valore, & titulo primi matrimonij, solemniter contracti in loco de Yxar, etiam ante Concilium Tridentinum tractare, propter secundum de facto celebratum in villa de Samper, etiam quod incidenter tractetur, ex vera & indubitata opinione.

Deducebat præ maxime Antonius multos actus quasi possessionis legitimitatis, veluti quod fuerat a Patre Alfonso hæres institutus tanquam legitimos; potissimus actus quasi possessionis quod fuerat ab eo nutritus, & educatus tanquam legitimus, & tanquam talis in presentia Patris constituebat procuratores, & similes actus deducebat concludenter. Quibus manifeste resultat, fuisse, & esse filium legitimum & naturalem Alphonsi, & de eius legitimo matrimonio natum, & per consequens iustissime eius propositio recepta,

ta,tanquam concludenter probantis suam legitimitatem.

Votum vnius autem de dicto Regio Consilio,fuit eiusdem voti & opinionis cuius fuerunt,cæteri domini de Regio Consilio , respectu Ioannis Gascon , & Doctoris Augustini de Salaberte prin. Petri Muriilo proc.& aliorum subsequentium,vsq. ad contenta in propositione Iuratorum,concilij generalis,& vniuersitatis,vicinorum , & habitatorum villæ de Belchite , tam Capituli Clericorum, Infantionum,& Militum,quam hominem conditionis,& signi seruitij,tam parrochiæ veteris,quam nouæ prædictæ villæ prin.A.Latassa proc. inclusiue , & respectu prædictorum omnium ex motiuis per eos præstitis. Respectu vero aliarum propositionum fuit voti, & opinionis,quod atten.conten.&c.Tenetur & debet pronuntiare , mandere fieri contenta in propositione Illustris Don Martini Abarca de Bolea Marchionis Turriani prin. Hier.Garcia de Arista proc.præstita prius respectiue cautione forali alijs propositionibus repulsis, reseruatis iuribus reseruari supplicantibus : neutram partium in expensis, demptis prædictis taxandis condemnando.

Ex eo & aliàs,quia cum in huiusmodi causa præcipue agatur de successione Ducatus de Yxar , & Comitatus de Belchite,per mortem Illustr. Don Ioannis Francisci Christophori de Yxar,nouissimi bonorum,vtriusq. status possessoris,in præsenti processu apprehensorum , & super ea quatuor principales collitigantes contendant,quis eorum iustius induat arma.Videlicet Illustr.doña Stephania Fernandez de Yxar , & obito eius in locum suum subrrogata D.Elisabeth Margarita Fernandez de Yxar soror & filia:nouissimi don Antonius Fernandez de Yxar,don Petrus Fernandez de Ixar, illarum agnati,& don Martino Abarca de Bolea Marchio Turrianus,cognatus: Satis constat & apparet , ex deductis & probatis in præsenti processu,& ex mutua dictorum collitigantium confessione , eos omnes suum originem ducere a D. Petro Fernandez de Ixar,huius nominis primo filio serenissimi Regis Iacobi primi , a quo dono accepit villam de Yxar,& oppida de Gurrea , & la Puebla de Yxar,vnde cognomen sumpsit tota hæc nobilissima familia, progenies,& genealogia, vt ex tipo illius ab omnibus collitigantibus proposito,& exhibito apparet,in quo Dominus Rex Iacobus primus in fronte & infastigio,primum locum tenet,tanquam fecundissimi

dissimi arboris truncus (homo namq. arbor inuersa dicitur) per varios Ramos expāsus, & dilatatus: videlicet per varias genarationes; deinde subsequitur don Petrus Fernandez primus, dominus, & possessor dictorum oppidorum, & post eum eius filius don Petrus Fernandez de Ixar, vulgo dictus, *el Señalero*, siue Signifer, & Vexilarius Ecclesiæ Romanæ, pro insigni prærrogatiua, qui dominio dictorum oppidorum adiecit medietatem villæ de Belchite, & de la Puebla de Albortón, a quo postea per rectam lineam masculinam, incipiendo ab Alphonso primo filio dicti don Petri el Señalero, succesiuè per intermedias alios successores, & descendentes masculos a dicto Alphonso, de gradu in gradum, omnia prædicta bona peruenerunt in eius pronepotem, & in successione quartum in ordine, D. Ioannem Fernandez de Yxar, huius nominis primum, vulgo dictum *el Orador*, propter eximiam facundivm, & eloquentiam, in qua nulli mortalium illius sæculi concessit, qui dictauit, & locuplectauit habitum, statum, & patrimonium, ei quæ adiecit alteram medietatem oppidorum de Belchite, & de la Puebla de Albortón, & oppida de Lecera, & Almonacir, & reliqua apprehensa; eaque omnia inuicem vniuit, copulauit, & agregauit, & fideicommisso subiecit, & postea ab eo in Ioannem 2. eius filium, & post eum in Ludouicum 1. eius nepotem ex Ioanne 3. filio præmortuo, & a Ludouico 1. in Ludouicum 2. & ab hoc in don Ioannem Franciscum Christophorum Fernandez de Ixar, nouissimum Ducem, & possessorem omnium prædictorum bonorum apprehensorum ea de gradu in gradum successiue peruenerunt.

Quibus ita suppositis probasi, & fundamento huius successionis, vsq. adeo inter partes agitatæ, & controuersæ, vt cui earum deferenda sit Aduocatorum, & Iudicum ingenia, vehementer torserit, & exercuerit, adeo vt Delienatatore, vel altero Ædipo, ad eam dirimendam indigere videtur, Cæterum, ne in lubrico, & in ancipiti ex nostra parte lis maneat, licet sub iudice relinqui potuisset, solius Illustr. Ducissæ propositione tantum admissa, ne tamen nostrum sub te. fugere iuditium videamur, ex omnibus collitigantibus don Martinus Abarca & de Bolea Marchionem Turrianū, potiores partes fouere, & ei deferendam esse huiusmodi successionem, ex meliori titulo iure merito quæ censemus: aliorum competitorum propositi-

poſitionibus repulſis. Et exordiendo à Domna Stephania, ex eo & alias eius propoſitio videtur repelenda, quia præter quam quod tituli, & iura illius, quibus ſe ad hanc ſucceſsionem vocatam prætendit Andabatarum more inter ſe pugnare videntur, & inuicem cohærere, & ſe compati non poſſe, allegando primum præſcriptionem immemorialem, ſeu conſuetudinem introductam in hac familia, ſuccedendi per viam primogenituræ, de primogenito in primogenitũ, de vno in alium, & de gradu in gradum ſucceſsiue, & quod ita perpetuo contigerit, & obſeruata fuerit hæc forma ſuccedendi, per omnes eius anteceſſores & progenitores, vſq. ad eius patrem vltimum dictorum bonorum poſſeſſorem, & quod tanquam in maioratu regulari, nullo maſculo in ſua linea, & gradu relicto, & exiſtenti, & cum ea concurrente, ipſa præferenda ſit in ſucceſsione, propinquioribus agnatis, ſiue cognatis maſculis alterius lineæ, & ſic cæteris collitigantibus, qui propter agnationem, & maſculinitatem, & legitimitatem reſpectiue, D. Stephaniæ, & ipſos inter ſe ſibimet ipſis præferẽdos eſſe contendunt in hac ſucceſsione. Quia tamen D. Stephania, miſcet, & cumulat cũ immemoriali hac præſcriptione, ſeu conſuetudine alios titulos ſuccedendi, reſultantes ex quodam teſtamento dicti don Petri el Señalero, & codicillo illius, & quadam eius ratificatione dicti teſtamenti, & ex quibuſdam capitulis matrimonialibus don Ioannis primi, & ſecundi, cum D. Catherina de Viamont, & ex teſtamento dicti don Ioan. 1. in proceſſu exhibitis: licet eos ad coadiuuandam, & fulciendam immemorialem, hanc ſucceſsionem, & eius normam, adducere ſe dicat, & prætendat, omnibus tamen (vt iudicantem oportet) diligenter rimatis, & conſideratis, non ſatis, nec bene inter ſe conuenire, & cohærere poſſe videntur: imo ſe inuoluere, & inter ſe pugnare, vt inferius dicetur. Quando quidem pro parte dictæ D. Stephaniæ nulla præſcriptio immemorialis, aut conſuetudo, in hac ſucceſsione adeſſe, neq. reperiri poſſe videtur. Quæ triplex conſiderari ſolet in hac materia, videlicet inductiua, præſumptiua, & declaratiua nulla, namq. earum ſufragari illi poſſe videtur. Nam licet valde controuerſum ſit, an in vna familia, ſicut in populo, aut maiore illius parte, aut in quarterio iuriſdictionem habente, poſsit hæc ſuccedendi norma intro-

duci,quod fieri posse quibusdam placuit, nihilominus tamen in hac familia, neq. inducta, neq; probata fuisse satis videtur. Tum quia testes ad eam probandam producti minime attestantur de visu, & auditu ab antiquis in vim huius immemorialis possessionis, & ex hoc titulo delatam fuisse huiusmodi successionem de maiori in maiorem natu, concurrentibus alis fratibus, nihil eis impertiendo de dictis bonis, neq. vlla inter eos intercedente transactione, & quod abintestato omnes successerunt, & ex ea tantum causa, & non ex alia reliqui fratres fuerint a successione, & illius participatione repulsi. Tum etiam quia constat de origine istius familiæ, & dotatione illius in tribus illis oppidis dictæ familiæ, pro illius dignitate & conseruatione adiudicatis, videlicet (vt dictum est) á Rege Iacobo primo, filio suo D. Petro Fernandez de Ixar, dono datis. Et multo minus dubitare, licet videlicet de medietate villæ de Belchite, & de la Puebla de Alborton, per don Petrũ 2. el Señalero, acquisitis. & de altera vtriusq. medietate, & de Lecera, Almonacir, & reliquis apprehensis, per don Ioannem 1. el Orador, de quorum notoria origine satis superque constat, & nihil minus redolere, quam istam fuccatam vetustatem, & antiquitatem sine principio, quam illis si non falso, saltim verisimiliter testes ad eam probandam producti imponunt, cum de omnibus indistincte, & sine discrimine loquantur, & attestentur.

Cæterum, quia nihil tam aduersum immemoriali, neq. tam pugnans cum ea dari potest, quam origo & principium, vnde talis consuetudo, & succedendi norma emanauit : nullo modo talis prescriptio in præsenti causa probata fuisse videtur, attenta origine istius familiæ, & dotatione illius in dictis bonis, & in reliquis vt supradictum est, & infra dicetur.

Et licet vltra centum annos dari immemorialem, & sustineri posse quibusdam visum fuerit : quia vltra eam metam vix homines supersunt, & eorum memoria eam ætatem non excedit. Verius tamen & receptius est, nullo modo supra, & vltra centum annos (imo neq. vltra mille) si præfinitum, & certum tempus cótineat immemorialem existere, & vocari posse, neq. eius prærrogatiuis gaudere, si quando constare posit de eius origine & initio. Hoc siquidem tempus immemoriale, quod initio, & origine

caret,

caret, in iure infinitum vocatur, de quo quantumcumq. tollas, aut demas, semper remanet infinitum. Et vera, & genuina ratio est, quia cum contra nonnatos, non posit currere aliqua præscriptio, si ad aliquam succesionem vocati fuerint; vti fieri solet quãdo familia posteri, & descendentes semper, & in infinitum vocantur: certum est, quod ante eorum natiuitatem, nulla oritur actio, qui casus suæ vocationis nondum venit, & sic impediri sunt agere, sola autem immemorialis præscriptio, quæ principio caret hoc præiuditium côtra nonnatos operari potest, quia habet vim tituli, legis & expressæ concesionis, & perinde valet, ac si lege statuto, vel ex dispositione hominis (qui de bonis suis libere disponere potest) ita cautum foret, & talis succedendi forma præscripta, aduersus nascituros, in eorum præiuditium. Quod non ita euenit in alijs præscriptionibus, quæ præfinitum tempus habent, etiam per mille annos, quia non gaudent huiusmodi prærrogatiuis, & regulariter in eis non currere contra impeditos agere, nec eis nocere posse.

Requiritur etiam in hac præscriptione immemoriali, quod nunquam contrarium eius, quod introductũ fuit per eam, visum, auditum, & obseruatum fuerit, quod in succesione illa de qua agitur: contigisse videtur, cum numquam ea fœminis sit delata, sed semper masculis primogenitis. Et si quando primogenitura fœminæ contigit, vt in exemplo D. Raphaelæ de Ixar, per mortem patris sui D. Ioannis 4. primogeniti Ludouici 2. ex primo matrimonio, quæ exclusa fuit a succesione huius status, per D. Ioãnem Franciscum Christophorum de Ixar, eius patruum, & filium dicti Ludouici 2. ex secundo matrimonio: tametsi iuxta intentionem Domnæ Stephaniæ esset delata succesio dictæ D. Raphaelæ iure proprio, & ex propria persona, vigore primogenituræ, quæ sola natiuitate ei competebat, & non per representationem paternam.

Obstat etiam huic prætensæ immemoriali, quod simul cum D. Ioanne Francisco Christophoro Fernandez de Yxar, concurrerit alter fratrer eius, ex vtroq. latere, natu maior, D. Ludouicus vocatus, qui ab ista succesione fuit repulsus per dictum D. Ioannem Christophorum minorem natu, cui non obstabat fatuitas

illius

illius, & mentis inopia, quæ illi imputabatur, quia non legitimè probatur, & eam D. Ludouicus 2. eorum pater, sub Iudice relinquit, & non satis confirmat in suo testamento: immo in certus, & dubius de succesione illius, ait, *que en caso que pueda succeder, entre tanto le nombra por Curadores al Arçobispo de Zaragoça.*

Minime etiam iuuare potest D. Stephaniam præscriptio aliqua præsumptiua, ex eo solum, quod nullo alio titulo, quam immemorialis consuetudinis, longeua ista possessio succedendi in hac familia primogenitorum, exclusis fratribus considerari possit, cum ex alia causa, & titulo (vt dictum est) succedere potuerit. Tum quia huic præsumptioni, obstat alia foralis, & vniuersalis totius Regni, videlicet quod in alijs famigeratis familijs (licet hæc nobilissima sit) talis succedendi norma, nunquã visa fuit, neq. *tal oye dezir*, (verba sunt obseruantiæ nostræ) quando quidem in nulla aliarum talis consuetudo, aut præscriptio apparet introducta iure primogenituræ, aut fideicomissi alicuius, ex iure non scripto, sed potius vt Pragmatici nostri attestantur, in Aragonia non habemus ius primogenituræ, siue maiorazgo, etiam in domibus nobilium, militum, aut infantionum, in tantum quod si aliquis nobilis, Dux, Comes, aut alius quicunque decebat abintestato, relictis pluribus filijs vel filiabus: omnes succedunt in castris, & locis: & alijs bonis parentum æquis portionibus; nisi per testamenta auorum, aut alias (per contractus intellige) bona fuissent vinculata ad maiorem natu: fallit in primogenito Domini Regis

Minime etiam suffragari potest Domnæ Stephaniæ præscriptio aliqua declaratiua; ex eo, quod semper visum, & obseruatum perpetuo fuerit, succesionem in bonis illius familiæ, ab integro, & nulla facta alienatione, aut diuisione illorum, delatam tamen fuisse de gradu in gradum succesiue, & de maiore in maiorem, & de primogenito in primogenitum, & continuata serie deductam, & deriuatam fuisse a primo D. Petro Fernandez de Ixar, filio Regis Iacobi, vsque ad Don Ioannem Franciscum Christophorum Fernandez de Ixar, nouissimum huius status possessorem, etiam concurrẽtibus alijs, eorũ fratribus, respectiue suis tẽporibus, & exclusis: quasi hæc continuata series, & obseruantia subsecuta, in vim istius tituli ex immemoriali declaranda sit: & ita aceptam, & intellectam fuisse

ab

ab omnibus prioribus possessoribus dictorum bonorum. Quando quidem si aliqua talis declaratio, & interpretatio, ad inducendum hunc titulum præscriptionis & consuetudinis immemorialis pretendi posset: ea præcipue ab ipsis primogenijs pretenda fore a quibus, & per quos ducta & deriuata tuit succesio in his bonis, & quasi per manus de vno in alium peruenerunt. Veruntamen si eorum res gestas & acta inspiciamus, & scripturas euoluamus: & illorum dispositiones, tam inter viuos, quam in vltimis voluntatibus factas, nec vestigium aliquod talis tituli ex eis resultat, neque apparet.

Nam exordiendo ab initio huius concesionis, & donationis, â Iacobo 1. Don Petro Fernandez de Ixar eius filio, factæ certum est, tria illa opida ab ipso Regno, & Regio patrimonio diuulsa, & separata fuisse, & titulo donationis & gratiæ, ex mera liberalitate D. Petro primo concessa, quo casu in certi iuris non est, in dubio donationes Principum, libere & non in fœudum, & absq. aliquo onere fuisse factas, nisi ex eis, aut aliunde de hoc constare posit, prout videmus in aliquibus alijs, ab eodemmet Rege Iacobo 1. factis, & concesis in hoc Regno, & in Regno Valentiæ, alijs eius filijs, & personis extraneis, quales sũt donatio Baroniæ de Ayerue & donatio oppidi de Carlet, facta cuidam Alphonso Peregrin, & posteris suis, quæ titulo fideicommissi fuit ventilata in Regia Audientia Valentina, & in supremo Coronæ Aragonum Consilio.

Immo vero, quando succesio in primis illis bonis a Rege donatis, regulanda foret ad instar succesionis regalis, tanquam a trunco, nihilomagis ex ea firmaret suam intentionem D. Stephania: quia satis constat ex annalibus, & historijs nostris, & vulgarisimum est, maiores nostros, in ipsosmet Reges, fœminas a succesione Regni exclusisse, & illam fere semper masculis detulisse, & quod magis est, masculos fœminis, & cognatos agnatis ipsis prælatos fuisse in Regni succesione. Præterea non clare liquet, quo titulo priora illa bona a don Petro 1. in eius filium D. Petrũ 2. vulgo *el Señalero*, peruenerint, an tanquam libera allodialia, aut fæudalia, aut vigore alicuius fideicommisi: veruntamen in hoc casu, quando hoc incertum est, & dubium, tali casu receptum est, declarationem possessoris maioratus in dubia succesione multũ conferre, & a iudicibus sequendam fore; quãdo talis possessor po-

tuit intelligere institutoris maioratus voluntatem', & quo titulo tamen donationem fecerit. Quod plane in præsenti casu occurrere videtur, nec leui coniectura euincitur, immo dilucide, & perspicue apparet, ea bona libere a Rege eius filio don Petro donata, & ab eo ad eius nepotem, & filium respectiue don Petrum *el Señalero*, sine aliquo nexu, aut vinculo peruenisse, & ei tradita fuisse, quod illi facile fuit intelligere, tam a patre, quam ab auo, longissimæ vitæ; vltra octuagin ta annos protractæ, & ideo D. Petrum 2. libere & prolibito de dictis bonis, tanquam liberis disposuisse, prout fecit in suo testamento, pro parte domnæ Stephaniæ producto, in quo ita præfatur. *Hazemos nuestro postremo testamento, de todos nuestros bienes muebles, e sedientes, por tal que question, ni contienda empus dias nuestros, no finquen entre doña Seuilla muller nuestra, & Alphonso, & Marquesa Gil, fillos nuestros, & nuestros spondaleros, ni en cara entre nuestros mas cercanos parientes, por nuestros bienes: antes bien queremos, & expressamente mandamos, que aqueste nuestro testamento, en todo, e por todas cosas sea cumplido, segun en aqueste nuestro testamento es ordenado, e contenido.* Quæ verba liberam suorum bonorum dispositionem important nullis vinculis subiectam, & si quæ sunt, ab ipso primum emanasse, & ordinata fuisse. Ex quibus verbis clare cóstat don Petrum secundum, nihilominus, quam de successione in dictis bonis ex titulo præscriptionis immemorialis cogitasse, neq. ad se peruenisse ex eo titulo.

De reliquis vero eius successoribus, idem iuditium faciendum est: quia quotquot eorum exhibentur scripturæ in præsenti processu, siue solemnes, siue inter viuos, siue in vltima voluntate factæ, ita super successione istorum bonorum variantur, & non semper primogenito deferantur, sed in arbitrio relinquatur eligendi alterutrum ex filij, aliquando vero ab eisdem primogenijs aufertur, si aduersus disponentium, & possessorum voluntatem contraxerint matrimonium, & in quibusdã sententijs arbitralibus, nulla de tali successione fit mentio per arbitros, licet de alijs titulis, & scripturis, circa successionẽ relatio, & mentio per eos facta fuerit.

Minimè etiam D. Stéphania suam vocationem firmare potest est testamento dicti D. Petri 2. neq. ex codicillo illius, aut ex quadam eius ratificatione Barcinonæ facta, in procassu exhibitis, quia

vltra defectus, & insolemnitates, quæ aduersus dictum testamentum obijciuntur, quod non fuerit productum in forma probanti, neq. á nota originali extractum, quia de ea non apparet, neque per personam legitimam, neq. habentem potestatem, nec commisionem, neque vbi locorum fuerit confectum, nec ex codicillo confirmatum, quia in eo non calendatur, neque quis codicillum testificatum fuit.

Minime etiam ex eo testamento videtur resultare fideicommissum aliquid, in fauorem filiorum, & descendentium Alphonsi, & quod ipsi inter se, aut eius descendentes fuerint grauati, quia saltim quoad medietates villæ de Belchite, & de la Puebla de Alborton, tale vinculum, seu fideicommissum sustineri non potest, quia ex eodem testamento apparuit, illa bona relicta fuisse a don Petro filio suo Alphonso, loco legitimæ, & pro legitima, & dictũ Alphonsum prætergresum fuisse vicesimum annum: imo & ex tricesimum, quod D. Stephania non negat, vltra quod tempus circa eam vincula non valent de foro. Nec releuare potest, alia bona eidem fuisse relicta titulo institutionis, vel alio vt illud vinculum sustineri posit in bonis pro legitima datis, quasi tantundem, vel multo plus eis relictum fuerit ad compensanda bo a relicta titulo legitimæ. Tum quia eodem morbo laborant, siue illa, siue hæc, quia omnia (vt prætenditur) fuerunt vinculata per don Petrum, dicto Alphonso eius filio, & sic nulla remanserunt penes Alphonsum libera, & incerti iuris non est, a legitima omne grauamen, & onus sub ducendum esse, & reijciendum, etiam non contradicente Alphonso, quia ipso iure subducitur, & non ope exceptionis.

Et id ipsum dicendum videtur, de reliquis illis tribus bonis, videlicet Villa de Yxar, la Puebla, y Vrrea de Yxar. Scilicet nullo modo fuisse vinculata in fauorem filiorum Alphonsi, & suorum descendentium, neque eorundem inter se, quia solum apparet euidenter, eos tantum fuisse positos in conditione, & nullo modo expræsse vocatos, quo casu vulgarisimum est, filios positos in conditione non censeri vocatos, nisi adsint conjecturæ, ex quibus id colligere liceat (in quo etiam casu quam plurimis grauisimis Doctoribus placuit, etiam concurrentibus coniecturis, nullo modo

cen-

censereri vocatos, præsertim vbi standum est chartæ) & quando hoc concedatur, & obtinuisse apud nos aliquando in iudicijs, adeo vrgentes esse debent, & ex litera & carta resultãtes, vt nulla possint tergiuersatione cauillari, & eludi: Constat autem, & euidenter apparet, nullas tales coniecturas, neq. præsumptiones, ex dicto testamento D. Petri 2. elici posse, ex quibus colligatur, filios & descendentes don Alphonsi in conditione positos, fuisse etiam per fideicommissum aliquod, & multo minus graduale, & successiuum de vno in alterum vocatos, & inter se grauatos, & si quas conijcere, licet ex illis verbis testamenti: *que si por caso acaeciesse, que el dito Alphonso, o sus fillos, o los descendientes de aquellos por recta linea que por tiempo sera señor de Yxar, finasse sin fillas, o fillos, herede el señor Rey.* Illa minime vrgent, nec euincunt, vocatos fuisse per fideicõmissariam, sed ad summum per solam vulgarem, aut neutro modo, sed solum reseruatam fuisse successionem ab intestato, vel alias ex voluntate Alphonsi. Non autem quod ille, respectu filiorum suorũ, & descendentium fuerit grauatus, nec ipsi minus inter se, quando quidem nullus apparet tractus ad inducendum tali fideicommissum. Et si quod elici posset, est quædam confussa succedendi forma, inter descendentes; cum non appareat gradualis, & successiua aliqua dispositio, qualis pretenditur pro parte D. Stephaniæ.

Et verba illa (*por linea recta*, non operantur magis quod ad tractum, quam ipsumet verbum collectiuum, *descendentes.* Solum enim operantur exclusionem lineę transuersalis, siue differentiam inter lineam contenticam, & effectiuam, ad introducendam vocationẽ Regis, & eius substitutionem, & ad maiorem eius exclusionem, & nullo modo aduocationem positorum in conditione, videlicet filiorum, & descendentium Alphonsi, non solum per vulgarem, sed multo minus per fideicommissariam.

Et id ipsum dicendum videtur de illis verbis, *que por tiempo sera señor,* quia possunt per se stare, absque aliquo tractu inter descendẽtes Alphonsi: cum potuerit inter ipsos interrumpi successio & interim Regis successionem dormitare, & in suspenso esse, si alienatio eorum bonorum contingeret, & omnium descendentiũ defectus spectandus foret, quod magis videtur attentis verbis *por recta linea:* aut quod statim facta alienatione per aliquem ex descendentibus

tibus, succesſio Regis competeret, & ſic apparet non in vim fideicommiſsi, ſed ex alijs cauſis alios ſuccedere poſſe in dictis bonis, ex quibus Rex ſucedere poſſet per mortem vltimi poſſeſſoris. Quid quod, tota illa congeries & cumulis verborum, ad maiorem excluſionem Regię ſubſtitutionis, & ad minus grauandum hæredẽ inſtitutum appoſita videntur, quomodo cumque illa conſideremus ſiue vt conditionalia, enuntiatiua, vel præſuppoſitiua, quia ſolum reſpectu Regiæ ſubſtitutionis commixta cum conditione ſine liberis, prolata videntur ad illius excluſionem, & nullo modo emiſſa propter ſe ad inducendum fideicomoſsum, inter Alphonſum, & eius filios & deſcendentes, vt inter ſe grauati eſſe cenſeantur. Præſertim cum ea verba concepta ſint, per verba futuri temporis, quæ enuntiando diſponere non ſolent, ſicut verba præſentis, vel præteriti temporis.

Iam vero argumentum illud, de vocatione filiorum & deſcendentium Marqueſiæ, & quod inter ſe videantur grauati, cum ipſi fuerint minus dilecti, vt id ipſum fideicommiſsum à multo magis cenſeatur repetitum in filij & deſcendentibus Alphonſi, tanquam magis dilectis, & ad excluſionẽ Regis poſitis futile etiam iudicatur, & maior fauor inſtituti præponderat, quod ſub pluribus conditionibus grauatur bona alicuius reſtituere, præſertim quãdo poſiti in conditione non fuerunt grauati nominatim. Et tale argumentum á prædilectione, in facti contingentia * pro nihilo fuit habitum in Regia Audientia, in ardua quadam cauſa noſtris temporibus, in qua dum ageretur de filijs poſitis in conditione, vt etiam cenſerentur vocati & inter ſe grauati, retorquebatur argumentum, à prædilectione inſtituti, vt magis ea contemplata videretur, quo minus grauatur filijs ſuis reſtituere, & ab eo onere releuari, ſola exiſtentia illorum, quibus ſatis conſultum eſſe videtur, vel ab inteſtato, vel ex voluntate patris, vt eos in officio, & inobedientia contineat, & ne aliqui inſoleſcant, (vt contingit ſi patri hæredes neceſſarij futuri ſunt ex fideicommiſſo, & non magis illum liberam habere facultatem diſponendi. Nec releuat, non extantibus filijs, ea bona in ſubſtitutum peruenire debere, cum per ſolam exiſtentiam filiorum excludatur, vt in præſenti caſu occurrit, in quo cum geminati, & tribus vicibus poſiti fuerint in conditione filij, & deſcendentes Alphonſi, nuſquã

meminit illos vocare, sicut fuerit in substitutione Marquesiæ, quã erga filios suos descendentes grauare voluit, quia tanquam fœmina (quod est varium, & mutabile genus) poterat præter voluntatem testatoris disponere de dictis bonis, quod non contingit cum patre, ex cuius voto bona ad filios peruenire solent. Quæ omnia satis ex ratificatione producta confirmantur, per quam solam Regis substitutionem ratificare, & confirmare voluisse, expresse videtur immemor omnino, & oblitus illorum verborum: *descendiente de aquellos por linea recta, que por tiempo sera señor de Yxar:* Nam præter Regiam substitutionem expresse confirmatam titulo donationis, quo ad reliqua solum enuntiatiuè se refert ad vinculum, & substitutionem Regis factas Alphonso, & Marquesiæ, sub conditione, *si sine filijs decederent*, vbi nulla ex descendentibus mentio fit, neq. repetitio, & de aprobatione, & confirmatione nulla fit mentio, sed enuntiatiue, & per relationem.

Minime etiam vocatio D. Stephaniæ, euincitur ex capitulis matrimonialibus, initis inter don Ioannem 2. & domnam Catherinam de Viamonte, in loco de Olit Regni Nauarræ, mediante Bernardo Coscon proc. don Ioannis 1. & vxoris suæ. Quia in dictis capitulis continentur plures defectus, & insolemnitates, vt merito illis nulla fides habenda sit: Tum quia de originali nota, non apparet, neq. de commissione Notarij, qui illum dicitur extraxisse, neq. de notariatu illius tẽpore extractionis, neq. de illius legalitate: quod etiam in antiquis requiritur, neq. de potestate Bernardi Coscon in sui prima figura, cum agatur de instrumento extra Regnum confecto, & de bonis existentibus in hoc Regno, quæ etiam confrontata non apparent, quod de foro requiritur, præsertim in contractibus. Tum etiam quia vinculum in dictis capitulis appositum, non agreditur secundum gradum, quia solum vocat filios ex matrimonio procreandos.

Similiter etiam, neq. testamentum D. Ioannis 1. releuat, quia licet ex eo resultare videatur vnio, & agregatio priorum bonorum, quæ in testamento don Petri el Señalero narrata fuerunt, & plurimorum aliorum ab eo acquisitorum, & quod omnia perpetuo vnita essent prohibita alienatione, & pro diuisione illorum, tale testamentum, tanquam in solemne, & cui testes deficiunt, & quod

quod non est originale, sed transumptum, & quod ex eo non resultet notarium fuisse rogatum, nullam fidem facere videtur. Et quod magis vrget, ex eo non resultet vocatio D. Stephaniæ, nec vinculum aliquod, nisi electiuum inter plures filios, & vnico existente, vel electo (quod euenit in Ludouico primo, ex eo matrimonio procreato) vltra filios, vel filias primi gradu, vocatio vlterius non protenditur ad vlteriores gradus, quia nullum adest verbum collectiuum plurium graduum ex quibus apparet vocationes D. Stephaniæ, ex tam varijs productis titulis prætensas, sustineri non posse.

Vlterius neq. etiam propositiones don Antonij, & don Petri Fernandez de Yxar, inter quos grauis orta est controuersia, propter obiectam D. Antonio illegitimitatem, videntur admitti posse, quia licet vterq. illorum fundet suam intentionem, in quibusdam capitulis matrimonialibus, inter don Ludouicum secundum, & domnam Beatricem de Alagon, de anno milesimo quingentesimo decimo tertio, in quibus omnia ista bona appræhensa peruenerunt ad Ludouicum primum, ab eo vinculata fuerunt in fauorem dicti don Ludouici 2. nepotis sui, ex Ioanne 3. præmortuo, & in filios & descendentes eius masculos legitimos, & indefectum illorum vobit bona sua peruenire, ad D. Alphonsum de Yxar, eius fratrem, & patrem don Antonij collitigantes, & eius filios, & descendentes masculos, & indefectum illorum vocauit don Petrũ de Yxar fratrem, etiam suum & eius filios, & descendentes masculos, & de legitimo matrimonio procreatos, cuius don Petrus litigans nepos est, ex legitimo matrimonio, ex don Petri de Yxar eius filio procreatus.

Et licet ex facto contigerit don Ludouicum 2. habuisse filios masculos legitimos, & de legitimo matrimonio procreatos, vide licet don Ioannem Christophorum Fernandez de Yxar vltimum possessorem, & duos alios don Ioannem prædefectum, & D. Ludouicum fatuum, constat tamen eos omnes sine filijs masculis decessisse, & præsertim don Ioannem Christophorum, relictis tantũ domna Stephania, & domna Elisabeth Margarita eius filiabus collitigantibus, & nullis alijs, & sic dictos don Antonium, & don Petrum ex prædictis vinculis, & capitulis vocatos, & inuitatos respe-

respectiue fuisse, & ad hoc instrumentum dictorum capitulorum matrimonialium, ad suam inclusionem producunt. Quia tamen illud informa probante non exhibetur, quia confectum a duobus fuit notarijs, simul communicantibus, & testificantibus, videlicet ab Antonio Salabert, & Dominico Aznarez notarijs Cæsaraugustanis, vt ex nota & prothocolo Dominici Aznarez apparet, & quodam instrumentum exhibitum ad suam inclusionem, sit extractum a solo Hieronymo Labrit successore (vt ipse asserit) Dominici Aznarez, de cuius nota & prothocolo non constabat, & licet postea exhibita fuerit notula a don Antonio, ad finem comprobandi, & ad supplendum defectum extractionis Antonij Salabert, & eius notulæ (quæ non apparet) exhibuerit processum quendam manifestationis super natula dicti Salabert. Et simul etiam instrumentum quoddam dictorum capitulorum signatum á prædicto Antonio Salabert, & à Martino Aznarez filio Dominici, & successore in notulis. Hæc tamen omnia sufficere non videntur ad inclusionem illorum legitima, quiá præpostere iam, & serius quam oportebat producta fuerunt, neque in cedulis suarum propositionum, ac replicationum, allegata, & deducta fuerunt, sed ad comprobationem tantum, & cum ad inclusionem pertineat, non iam illorum habenda est ratio, cum insolemnia, & defectuosa sint, & nulliter extracta. Nec facescere debet negotium, quædam clausula in notula dictorum capitulorum contenta, in qua dicitur, *que el Notario, o Notarios que los presentes capitulos testificaran, o los successores en sus notas, tengan facultad, y peder bastante de sacar en publica forma los presentes capitulos, todos, e cada vno dell s con todas, e cada vnas obligaciones, &c.* quia aperte constat ea verba, *todos, e cada vno dellos,* non ad Notarios, quod quilibet seorsum, & de per se posset dicta capituli extraere, sed ad ipsamet capitula, omnia vel alicua extrahendo referri debere quod* euidẽtius fit ex subiecta alia clausula in fine notulæ apposita, *e place a las dichas partes que de cada vno de los dichos capitulos se contiene, se pueda sacar acto aparte, &c.*

Præterea vt dictorum capitulorum confessio maior appareat, & quam nulla eis adhibenda sit fides, coligitur euidenter ex testamento Ludouici primi, confecto anno, 1517. in quo dum faceret men-

mentionem istorum capitulorum inter don Ludouicum secundũ eius nepotem, & domnam Beatricem de Alagon, inquit ea confecta fuisse in villa de Pina, die quinto Iulij 1513. & per Antonium Salabert, & Primum Vallueca, Nota. Cæsaraugustanos recepta, & testificata & sic alio die, & per alium Notarium quam per Dominicum Aznar, qui simul cum Antonio Salabert dicitur illa testificasse in Villa de Ixar, die 31. Maij, 1513.

Tum etiam, quia nihil magis absonum videtur, nec tam pugnans inter se, quam quod intercedente, tam breui curriculo temporis, videlicet quatuor annorum de anno 1513. quod confecta dicũtur illa capitula, & 1517. quo suum condidit testamentum, don Ludouicus primus, tam varie disposuerit de dictis bonis, vt in dictis capitulis, vt in illis filij, & descendentes Alphonsi, & Petri, nepotum suorum vocati sint in testamento vero excludantur, si don Ludouicus 2. cum filijs masculis decederet, dato quod non superessent descendentes masculi, qui est casus propriæ vocationis filiorum, & descendentium don Alphonsi, & don Petri, quales sunt D. Antonius, & don Petrus collitigantes, & sic merito illorum propositiones repellendæ videntur. Et præsertim propositio don Petri de Yxar, qui hac sola primæua scriptura dictorum capitulorũ de anno 1513. nititur, & in ea se fundat, & impugnat in artic. 96. suæ replicæ, omnes alias scripturas productas per domnam Stephaniam, & testamenta don Ioannis primi, & secundi, & don Ludouici primi, & capitula matrimonialia don Ioannis primi, & secundi, & don Ludouici primi, & capitula matrimonialia don Ioannis primi, & secundi in Regno Nauarræ confecta, expræsse negando don Ioannem secundum non successiuè in istis bonis appræhensis vigore dictorum capitulorum in Regno Nauarræ confectorum, neq. ex testamento don Ioannis primi, prout D. Stephania asserit in articulis 22. & 25. suæ propositionis: sed beneficio fori, seu alias, quia fuit filius vnicus don Ioannis primi, & sic expressè fatetur, ista bona libera peruenisse ad don Ioannem secundum, & licet contrarium asserere videatur, in articulis 89. 90. 91. videlicet ex dictis capitulis Nauarræ confectis fuisse ius quæsitum filijs, ex eo matrimonio nascituris, qui fuit don Ludouicus primus, cuius capitulis de anno 1513. suæ successioni viam præmunire sattagit D. Petrus, tamen tanquam secum pug-

nans,& contraria allegans audiendus non est. Quid quod ex defectu solemnitatum dictorum capitulorum nulla illorum habenda est ratio, vt superius deductum fuit,& posteriora capitula, quæ producit de anno 1538. & de anno 1548.& testamentum don Ludouici secundi, de anno 1554. vt posteriora,& vulnerata ex vinculis testamenti don Ioannis secundi,&quia duo postrema solum se referunt ad vincula antiqua, nulla de illis expræssa mentione facta, nec sub qua forma concepta, essent nulla videtur illorum habenda ratio.

Sola itaq. supersunt vincula & substitutiones resultantes, ex testamentis don Ioannis 2. & don Ludouici 1. de anno 1517. in quo confirmãtur vincula testamenti don Ioannis 2. patris sui, ex quibus duabus scripturis suas inclusiones,& vocationes deducunt D. Antonius, & don Martinus, & præsertim ex testamento don Ioannis secundi, in quo reliquit vsufructuariam vniuersalem domnam Catharinam de Viamonte eius vxorem, in omnibus bonis appræhensis,& post eius obitum, voluit ea bona peruenire in don Ludouicũ primum, eius filium, & post eum in don Ioannem tertium eius nepotem, ex dicto Ludouico primo, & in descendentes eius masculos de legitimo matrimonio procreatos, & eius deficientibus, vocabit don Iacobum de Ixar eius filium, & deinde voluit seruari vincula, contenta in testamento patris sui. Quorum quando aliqua esset habenda ratio,& dicto testamento aliqua fides adhibenda: solum videtur confirmata vnio illorum bonorũ,& prohibita alienatio,&quod successio in vnum conseruare de gradu in gradum, vt ex eo resultaret norma succedendi inter descendentes don Ioannis 3. videlicet per graduale fideicommissum, quod etiam satis aperte constat, & deducitur ex eodemmet testamento, ex quo post domnam Catharinam, voluit omnia bona peruenire ad eius filium don Ludouicum, & post eum ad don Ioannem eius nepotem, & illius descendentes masculos, & eis deficientibus ad don Iacobum eius filium, & eius descendentes masculos, qui cum simul,& eodem tempore concurrere non possint, gradatim eos succedere voluisse manifeste conuincitur,& ex ipsomet verbo *descendentes*, quod plures,& plurium graduum comprehendit,& diuersa tempora.

Circa quod summopere aduertendum est, in hoc solo testamento don Ioannis secundi,& in vinculis.& substitutionibus in eo apositis,

positis, vim, & substantiam istius controuersiæ cótineri, supponendo dictum D. Ioannem secundum, omnia bona appræhensa libera habuisse, & vt talia ad eum peruenisse, quod fateri oportet ex prædictis, & confitetur expræsse don Antonius, & etiam don Petrus impugnando capitula matrimonialia don Iuannis secundi, & domnæ Catherinæ de Veamont, & testamentum don Ioannis primi, in quibus bona appræhensa apparebant vinculata in fauorem filiorũ ex eo matrimonio procreandorum, & sic D. Ioannes secundus non videbatur habere liberam facultatem disponendi de dictis bonis, ex quo erat grauatus illa restituere don Ludouico primo, qui processit ex illo matrimonio, & ille vinculauit in fauorem don Alphonsi, & don Petri, & suorum filiorum, & descendentium, vt dictum est, in capitulis matrimonialibus de anno 1513. quia tamen capitula Nauarræ confecta, & testamentum D. Ioannis primi, impugnata fuerunt, tam â don Petro, quam à don Antonio, & quod volebat illa redarguere de falso, necessario euincitur, & confiteri videntur, dictum don Ioannem secundum, libere de dictis bonis disponere potuisse, non obstante quod in suo testamento mentionem facit de dictis capitulis Nauarræ confectis, quia non ideo supplentur, tot defectus, & solemnitates, quibus illa pullulant, tam ex parte Sancij Monarriz, qui illa dicitur testificasse, quam Ioannis Lopez de Ysaua, illorum commissarij, vt desuperdictum fuit, quia relatio & mentio dictorum capitulorum á don Ioanne facta, non purgat illorum defectus, & insolemnitates, nec magis probant si aliâs sunt nulla, & quia constat illa capitula fuisse extracta per dictum Commissarium multo post quam dictus don Ioannes secundus, fecisset suum testamentum.

Apparet igitur aduersus vincula, & substitutiones in testamento don Ioannis secundi contentas, non posse se iuuare, dictum don Antonium, & D. Petrum de dictis scripturis ab eis impugnatis, neq. ex eis fundare posse suam vocationem: vt paucis ab hinc annis fuit decissum, in Regia Audientia in graui causa, cuiusdam Baroniæ.

Solum igitur videtur in hoc naufragio superesse don Antonio alteram anchoram, siue secundam tabulam ad firmandam suam vocationem, videlicet testamentum don Ioannis secundi, & vincula

cula in eo posita, & cum ex eo etiam testamento don Martinus suam vocationem deducat; restat videre, vter eorum ex eo titulo melius, & efficatius suam intentionem probet.

Et licet ardua, & valde controuersa quæstio, vtrum in hac vocationis formula, sola vulgaris. An etiam fideicommissaria substitutio contineatur? Quando per verba collectiua plurium graduũ concepta fuit. Et vtraq. opinio habeat acerrimos defensores, veruntamen etiam illi, qui pro sola vulgari certant, aperte profitentur, adhibitis, & concurrentibus coniecturis, fideicommissariam quoq. contineri, & non solam vulgarem, qua in huiusmodi facti specie satis euincitur, & aperte deducitur contineri, quando quidem supposito in facto, quod domna Catharina de Viamonte fuit relicta vsufructuaria vniuersalis, & post eius obitum substitutus don Ludouicus primus, ad quem bona apræhensa peruenire voluit, & post eius obitum, ad don Ioannem; & eius descendentes masculos, & dictus don Ioannes prædecesserit, superstite don Ludouico 1. eius patre, certum est, in eius locum intrasse maiorem natu, ex suis descendentibus (qui fuit Ludouicus 2.) caducatus D. Ioannis substitutione per eius præmorientiam, & sic in illo radicatam fuisse huiusmodi successionem in fauorem suorum descendentium, & non per vulgarem tantum, sed etiam per fideicommissariam vocatos fuisse, quia testator non fuit vsus verbis directis, sed obliquis, seu verius communibus videlicet, *vengan, e pervengan*, aptis ad inducendam, & comprehendendam vulgarem, & fideicommissariam, quando quidem sicut respectu primi substituti qui fuit Don Ludouicus, & vocatus post mortem D. Catharinæ (que loco hæredes habetur, tanquam vsufructuaria vniuersalis) & respectu secundi substituti; qui fuit don Ioannes, non potuit esse directa, sed fideicõmissaria, quia post mortem domnæ Catherinæ succedebat vnus post alium, videlicet don Ludouicus, D. Catherinæ, & Ludouico, don Ioannes, & vterque casus succedendi, & non succedendi comprehendatur; sic etiam respectu aliorum qui sunt descendentes: & qui comprehensi sunt sub vnica periodo & clausula, debent censeri vocati per fideicommissariã, quia vna determinatio respiciens plura determinabilia, pariformiter illa determinat, quia illa verba, *tornen, e pervengan*, pari-

rifor-

riformiter diriguntur, tam ad descendentes masculos, quam etiã ad don Ludouicum, & don Ioannem, & cum istæ primæ substitutiones, don Ludouici, & don Ioannis, sint conceptæ per vulgarem & fideicommissariam, non videtur cadere in rectum sensũ; quod descendentes, solum sint vocati per vulgarem tantum, & non etiam per fideicommissariam. Tum etiam quia verbum, *perueniat*, componitur à dictione, *per*, quæ denotat continuationem: & cum tractus iste successiuus, respiciat durationem & conseruationem, & sit etiam explicitus, respectu filiorum: ita quoque implicitus ille tractus, sub verbo *descendentium*, manifeste indicat durationem & conseruationem illorum, per quos continuanda erat successio, & quasi per manus de vno in alterum deriuanda, perinde ac si dixisset, *permaneant vel remaneant*, de quibus verbis nullus dubitat. Et appositissima ratio prædictorum & (quæ valde vrget) quia ad inducendam fideicommissariam in substitutionibus, tractus temporis, tunc dicitur significari, & considerari, quã do in substitutione, inter patrem & filios, executio vel effectus substitutionis non terminatur in vno actu, sed porrigitur ad plures alios actus successiuos, etiam quando habuerit executionem in persona patris, verbigratia, in substitutione: *post fratrem, & eius filios, substituo Titium*, nam verbum (*post*) ordinem fideicommissariæ inducit, & quia relata ad personam, vtrumque casum importat, quod maxime verificatur in præsenti nostro casu, in gradibus substitutionis, post mortem Catherinæ de Viamont, *vocato don Ludouico, & post eius obitum don Ioanne, & eius descendentibus masculis, & eis deficientibus, don Iacobo eius filio, & eius descendentibus masculis legitimis, &c.* Certe huiusmodi tractus temporis, in qualibet substitutione verificato, & etiam executo, nemo de fideicõmissaria in quolibet descendentium sine hallucinatione dubitare potest.

Quibus accedit, quod in facti contingentia per hæc fere & similia verba, in simili dispositione pro fideicommissaria fuit iudicatum* aliquando in Regia Audientia, attentaui verbi (perueniãt) & forali dispositione quod estandum sit cartæ, nam alioquim si sola vulgaris contineretur, verbum *perueniant*, inane foret, & nihil operatur, si non ad vlteriores descendentes permearet successio.

Ad ſunt etiam in hoc teſtamento grauamina perpetuo adimplenda per hæredes, & ſucceſſores in dictis bonis, deniq. non videtur vrgere magis coniecturæ conſiderate in teſtamento don Petri el Señalero, ad inducendam fideicommiſſariam in filijs, & deſcendentibus Alphonſi (ſicut dominis placuit) cum tamen ſolum videantur poſiti in conditione, & non vocati, quam etiam in teſtamento dicti don Ioannis ſecundi, in quo deſcendentes maſculi Ioannis aperte vocantur.

Elicitur etiám ex dicto teſtamento don Ioannis ſecundi, reſolutio alterius dubij, videlicet quod in dictis ſubſtitutionibus nulla agnationis expræſſe fiat mentio, vt eius prætextu don Antonius (ſuppoſita eius legitimitate) cui eius quaſi poſſeſsio, etiam in hoc articulo non ſufficeret don Martinum excludere valeat, quod euidentiſsime inter alia euincitur, ex ſubiecta fideicommiſſaria vocatione don Iacobi, quem vnicum ſubſtituere voluit, non vocatis duobus eius alijs filijs don Ioanne, & don Carolo Fernandez de Yxar, quibus ſimul cum quatuor filiabus in eo teſtamento legitima relinquitur, nam verius & receptius eſt, nunquam in inſtatuto, vel in teſtatore rationem agnationis fuiſſe conſideratam, quoties exiſtunt, & non vocantur perſonæ, in quibus etiam agnatio poteſt conſetuari, quæ etiam nunquam præſumitur, ſed ſola prælatio maſculinitatis, vt quando cauetur, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant.

Reſultat igitur ex omnibus prædictis, nullam ex omnibus ſcripturis, aut documentis per omnes collitigantes reſpectiue productis, eſſe magis ſolemnem, nec plus fidei, & authoritatis habere, quam teſtamenti don Ioannis ſecundi, & vincula in eo appoſita, preponderare omnibus alijs in cæteris ſcripturis contentis, tanquam nullis, & inualidis, aut poſterioribus.

Cum itaq. in hoc teſtamento vocati fuerint, don Ioannes, & eius deſcendentes maſculi, abſque agnationis expræſsione, neq. contemplatione, indubitatum eſt, maſculorum appallatione maſculos ex fæminis comprehendi, quia rigor verborum pugnat pro eis, cum ſint maſculi & deſcendentes, quod magis vrget in hoc Regno, & ideo cum vigore teſtamenti don Ioannis ſecundi, & vinculorum in eo contentorum D. Ludonicus primus ſucceſſerit

rit in bonis appræhensis, qui confirmauit dicta vincula in suo testamento, de anno 1517. & non ex capitulis matrimonialibus Nauarræ confectis, neq. ex testamento don Ioannis primi impugnatis (vt dictum est) á don Petro, & don Antonio, dicendum videtur, quod cum don Martinus Abarca de Bolea Marchio Turrianus sit masculus descendens ex don Ludouico secundo, videlicet pronepos illius, ex Elena eius filia nupta don Ioanni de Heredia Comiti Fontano, a quibus fuit procreata Anna, mater legitima dicti Marchionis, ex don Martino Abarca de Bolea patre, manifestè etiam constet, quod licet don Antonius sit de descendentibus masculis don Ioannis tertij, filij don Ludouici primi, videlicet nepos illius ex Alphonsi eius etiam filio, & fratre don Ludouici secundi, non tamen verum est dicere don Antonium esse descendentem, ex don Ludouico secundo, qui cum tanquam prior natu ex filijs don Ioannis tertij, præocuparit succesionem istorum omnium bonorum appræhensorum, & in eo fuerit radicata, quo ad se, & omnes eius descendentes masculos succesio, necesse est eos omnes prius dificere, ante quam ad lineam Alphonsi, & eius descendentes masculos succesio deboluatur. Cum itaq. ex descendentibus masculis don Ludouici secundi, nullus alius superfit, nec reperiatur proximior, don Ioanni Francisco Christophoro vltimo possessori horum bonorum appræhensorum, vtriusq. Status Yxarensis, & Belchitensis sine masculis decedenti, quam D. Martinus Abarca de Bolea Marchio Turrianus, nepos D. Elenæ de Yxar sororis, ex vtroq. latere dicti vltimi possessoris, ex don Ludouico secundo, vt dictum est, procul dubio præferendum eum esse videtur in hac succesione, cæteris alijs collitigantibus, & eius propositionem recipiendam alijs repulsis: ex quibus, &c.

Sig✠num mei Petri Polo, S.C. & Regiæ Maiestatis Scribæ mandati, auctoritatibusq; Apostolica, vbiq; Regia vero per vniuersam terram & ditionem dictæ Regiæ Maiestatis publici Notarij, qui huiusmodi vota & motiua à libro Regij Cōsilij causarum ciuilium præsentis Regni Aragonum, vbi continuata exisiunt, manibus alienis extraxi, & cum dicto suo

ori-

originali libro melius quo potuit cõprouaui,in quorun fidem,et testimoniam meo solito signo signaui, constat de suprapositis,vbi legitur domini , quo, nostro, hoc, de qua e,constituit,in tali casu dicuntur vocati, ex testamento quacumq. don Petrus Fernandez de Ixar,ti,asserere,succedebant vnum post alium,videlicet don Ludouicus,domnæ Catherinæ,& derasis,& emendatis constat vbi legitur,per,vt,o,capitulis,intimur,ni, debet illud probare,dicens,testamenti,in,quod si ita fiet,tur,sit,ei,restricta, t,i,n, hæc,ius,patrem,de eius,& de interlineato inter dictiones,doctorum,responsa,& coad,& iuuandam.

